7 Differunt tamen Agnati & Cognati inter ſe *Primò*, quòd ſub Agnatis etiam Cognati contineantur, non tamen econtrà Cognati Agnatos comprehendant. *L. inter Agnatos 5. ff. unde legitimi.*

Secundò quòd octavi gradûs Agnato jure Legitimi hæredis, etſi non extiterit hæres, poſſeſſio deferatur, non autem deferatur proximo Cognato, quamvis hæres extiterit. *L. octavi 9. ff. unde Cogn.*

Differunt *tertiò*, quòd de Jure antiquo Agnati in Succeſſionibus & Tutelis Cognatos penitùs excludebant, *hìc & infr. de legitima Agnator. ſucceſſ.* idque propter familiarum dignitatem conſervandam, *arg. L. temporibus 1. §. ſed etſi 13. ff. de inſpic. ventr.* aſt hodie tam in ordine ad ſucceſſionem, quàm reſpectu Tutelæ differentia inter Agnatos & Cognatos ſublata eſt *per Authent. ſicut hæredes Cod. de legitim. Agnat. Tutel. & Novell. 118. cap. 4. & 5.* ita ut Cognati non minùs quàm Agnati ad munus Tutelæ admittantur, quia & his & illis de facto ſpes ſucceſſionis eſt, *arg. L. 10. & 73. ff. de Reg. Jur.* cujus inter Agnatos & Cognatos differentiæ ſublationi etiam Statuta Bavarica, Land-Recht *tit. 5. art. 1.* inſiſtunt, dum, nulla inter eos diſtinctionem faciendô, proximis Conſanguineis, die nächſte Freund ꝛc. unter der Freundſchaft, ꝛc. von Vatter und Mutter ꝛc. Tutelam deferunt.

Cir-

geführten Vormundschaft geordnet werden, so wird allhier erär- 6
tert, wer die Bluts-Befreundte und andere Verwandte seyen, und genennet werden. Die Bluts-Befreundte heissen demnach jene, welche durch die Personen des Männlichen Geschlechts mit Anverwandschaft verbunden seynd, als gleichsam von dem Vatter angebohrne; dergleichen seynd ein Bruder aus dem nemlichen Vatter, des Bruders Sohn und Enckel, des Vatters Bruder, dann des Vatters Bruders Sohn, und Enckel, überhaupts aber alle, die eines Namens, Geschlechts, Schild und Helms seynd. Die Anverwandte aber werden benamset, welche durch die Personen des Weiblichen Geschlechts mit Freundschaft verknüpfet seynd, zum Exempel, der Sohn meiner Schwester, der Sohn meines Vatters Schwester, der Mutter Bruder, die Stieff-Geschwistrigte von der Mutter, Geschwistrigt-Kinder von der Mutter, und dergleichen.

Doch werden die Bluts-Befreundte von denen Anverwand- 7
ten unterschieden Erstens, daß unter denen Bluts-Befreundten auch die Verwandte, nicht aber hinwiederum unter denen Verwandten die Bluts-Befreundte begriffen.

Anderrens daß einem im achten Grad Bluts-Befreundten, obwohl er kein Erb wäre, Vermög deren Rechten der Besitz eines rechtmäßigen Erben ertheilet werde, welcher doch dem nächsten Verwandten, obwohl er Erb wäre, nicht gegeben wird.

Drittens daß nach alten Recht in der Erbschafts-Folge und Vormundschaft die Verwandte von denen Bluts-Freunden gäntzlich ausgeschlossen waren, und dises um Erhaltung der Würde deren Familien; nunmehro ist diser Unterschied zwischen denen Bluts-Befreunden und Verwandten, sowohl die Erb-Nachfolgung als Vormundschaft betreffend, aufgehoben, und zwar also, daß die Verwandte nicht minder als die Bluts-Freunde zur Vormundschaft gelassen werden, weil sowohl jenen als disen dermal eine Hoffnung der Erb-Nachfolg übrig ist, womit auch das Chur-Bayrische Land-Recht *tit. 5. art. 1.* übereinskommet, und zwischen beyden keinen Unterschied macht, verb. die nächste Freund ꝛc. unter der Freundschaft, ꝛc. von Vatter und Mutter ꝛc.

8 Circa explanationem *hujus ſſ.* obſervandum ulteriùs venit *Primò*, quòd Agnati, ad quos ſucceſſio ab inteſtato Jure Codicis ſpectat, ſi Pupillo Tutorem non petant, ſucceſſione priventur; olim verò Jure Digeſtorum alius, eò quòd non petierit Tutorem Pupillo, per Matrem, Aviam & Libertos à ſucceſſione pupilli non excludebatur. *L. ſi mineres 2. & ibi Gloſſ. fin. & addit. margin. ff. qui pet. tutor. vel Curator.* *Secundò* cùm per *L. poſt Conſanguineos 2. ſ. 3. ff. de ſuis & legitim. hæred.* parvi referat, an quis Agnatus nativitate, an adoptione talis ſit, cùm adoptatus iisdem fiat Agnatus, quibus pater ipſius fuit, & legitimam hæreditatem eorum (ſicut & ipſi illius) habeat, cúmque inſuper Juſtinianus *in Novell. 118. cap. 5.* dicat, quòd illi, qui ad hæreditatem vocantur, etiam functionem tutelæ ſuſcipere teneantur, ideò non ſolùm Agnati ex nativitate, ſed etiam ex adoptione tales, cenſendi ſunt tutores legitimi, ſaltem ſecundùm ordinem & gradum, quo ad hæreditatem vocandi veniunt. *Tertiò* ſi plures Agnati & Cognati ejusdem gradûs ſint, omnes ſimul ad tutelam vocantur, *L. ſi plures. 9. ff. de legitim. tutor.* Si verò tanta eorum eſſet copia & multitudo, ut omnibus ſimul adminiſtrationem tutelæ committere vix expediat, juxta vulgatum illud: **vile Köch verſalzen die Suppen**, tunc tutela à Judice illi defertur, qui magis idoneus eſſe creditur, periculo interim illis omnibus imminente, qui in eodem agnationis gradu ſunt, ſicut & eorum bona pro adminiſtrationis ſecuritate tacitè hypotheca ſunt. *cit. L. ſi plures 9. & Nov. 118. cap. 5. ad fin.* *Quartò* ſi verò Agnati diverſi ſint gradûs, ita ut unus in proximiori, reliqui autem in remotiori conſtituantur, eo caſu exclusîs remotioribûs, proximus tutelam nanciſcitur, *dict. L. ſi plures 9.* id quod tamen ſolùm de viris intelligendum eſt, nam fœmina, etiamſi Agnato quodam proximior, niſi juxta ſuprà dicta ſit Mater vel Avia, non præfertur remotioribus Agnatis, imò à Tutela penitùs excluditur. *L. Agnato 10. ff. de legitim. tutor.* *Quintò* licèt proximior remotioribus agnatis, ſecundùm immediatè aſſerta, anteferatur in ordine ad tutelam ſaltem regulariter gerendam, id tamen non procedit, ſi talis proximior agnatus non ſit idoneus, *v. gr.* impubes, minorennis, miles, de quibus *tit. 14. ſuprà num. 2. egimus*, aut ſi ſit Surdus, Mutus, Furioſus. *L. tutela 1. ſ. Mutus 2. & ſ. Surdus 3. L. Furioſus 11. L. complura 17. ff. de tutel. & cit. L. agnato 10.* hinc Leges Patriæ,

Land-

Bey Erörterung diſes §. iſt ferners zu bemörcken Erſtlich, daß die Bluts-Befreundte, welchen die Erb-Nemung ohne Teſtament nach denen Geſätzen des Codicis zuſtehet, wann ſie dem Pflegkind keinen Vormunder begehren, der Erb-Nachfolg beraubet werden; vor Zeiten aber nach dem Recht deren Digeſten wurde ein anderer deſtwegen, weil er keinen Vormunder für den Pupillen begehrt gehabt, auch die Mutter, Anfrau, und Freygelaſſene von der Erb-Nachfolgung nicht ausgeſchloſſen. Zweyrens zumal es wenig zu bedeuten hat, ob jemand ein Bluts-Freund von Geburt: oder durch Aufnehmung an Kindsſtatt ſeye, dieweil auch ein alſo Angenommener denen jenigen ein Bluts-Befreundter wird, welchen deſſen Vatter einer ware, und ihme derenſelben rechtmäſſige Erbſchaft eben ſo, wie ihnen die ſeinige, gebühret, über das aber Juſtinianus in der 118. Novell 5. Capitl meldet, daß die jenige, ſo zur Erbſchaft beruffen werden, auch das Vormundſchafts-Amt zu übernehmen gehalten ſeyen, dahero ſeynd nicht nur die durch die Geburt, ſondern auch die mittels Annehmung an Kindsſtatt gewordene Bluts-Freund für rechtmäßige Vormunder zu erkennen, wenigſtens nach der Ordnung und dem Grad, nach welchen ſie zu denen Erbſchaften beruffen ſeynd. Drittens daß, wann mehrere Bluts-Freund und Anverwandte einerley Grads verhanden, ſelbe alle zugleich zur Vormundſchaft beruffen werden, wann aber deren eine ſolche Mänge wäre, daß es nicht nutzlich ſcheinete, ihnen ſamentlich die Vormundſchafts-Führung zu übertragen, weil nach dem gemeinen Sprichwort vile Köch die Suppen verſaltzen, alsdann iſt die Vormundſchaft von der Obrigkeit demjenigen zu übergeben, der hierzu am tauglichſten erkennet wird, doch, daß die Gefahr allen denen verbleibet, welche in dem nemlichen Grad der Freundſchaft ſtehen, wie dann auch derſelben Güter für die Sicherheit der Vormundſchafts-Verwaltung ſtillſchweigend verpfändet ſeynd. Viertens woferne aber die Freunde dem Pupillen in verſchiedenen Graden verſipſchaftet, alſo daß einer in einem näheren, die übrige hingegen im weitern Staffel ſtehen, ſo erlanget der Nächſte mit Ausſchlieſſung deren Entferneteren die Vormundſchaft, welches jedoch nur von denen Manns-Perſonen alſo zu nehmen iſt, weil ein Weib, obwohl ſie näher als ein oder anderer Freund ver-

Land-Recht *tit. 5. art. 1.* tales expoſcunt ad tutelas ſuſcipiendas, die darzu geſchickt ſeynd, adeò quidem, ut vi *cit. tit. & art.* ſi ex agnatis & cognatis utcunque proximioribus non inveniantur idonei, etiam extranei tutores aſſumi debeant; Wo aber unter der Freundſchaft nit taugliche Perſohnen gefunden, oder den Pfleg-Kindern beſchwärlich und ſchädlich vermerckt wurden ꝛc. ꝛc. ſollen ihnen andere nutzliche und taugliche Vormunder gegeben werden. *Sextò* quamvis Jure Bavarico, juxta dicta ſuperiùs *tit. 13. num. 4.* in Patria noſtra, nullo exiſtente Tutore Teſtamentario, Legitima Agnatorum Tutela, ſaltem in rigore juris, vix locum obtineat, quoad Nobiles tamen & iis adnumerari ſolitos notandum eſt, quòd ipſimet inter ſe Tutorem aliquem eligere poſſint, Land-Recht *cit. tit. 5. art. 4. ad fin.* Doch wo auf Abſterben einer Adels-Perſohn, der Fürſtlichen Räthen, Geſchlechtern, und *Doctorn*, die Freund für ſich ſelbſt aus ihnen geſchickte und taugliche Vormunder erwählen. ꝛc. quod perſonis plebeis non permittitur *vi dict. tit. 5. art. 1.* interim tamen tales à Nobilibus & iis adnumerari ſolitis electi ac conſtituti Tutores coram Magiſtratu competente, videlicet Electorali Conſilio Aulico, aut Regimine, ſe pro Confirmatione inſinuare debent, und ſich ermelte Vormunder um ihr Beſtättigung anzeigen wurden. *cit. art. 4.* des Land-Rechts. *Septimò* annotandum venit, quòd etiam legitimi Tutores, imò etiam Avia aut Mater tutelam ſuſcipientes, Inventarium ſuper rebus pupillaribus conficere, accepta & impenſa adnotare, & rationes reddere obſtringantur, quia hoc univerſaliter ab omni Tutore exigitur. *L. in omnibus 1. in princ. & ſ. officio 3. ff. de tutel. & ration. diſtrab. & L. tutores 24. Cod. de adminiſtr. tutor.* In reddendis tamen rationibus Jus Bavaricum à Jure Communi diſtat, ſecundùm hoc poſterius enim finitâ primùm tutelâ, juxta illud verò, Land-Recht *tit. 5. art. 3.* ſingulis annis rationes reddi debent; imò hodie Jure noviſſimo per *Receſſus Imperii de annis 1548. & 1577. ſub tit.* von der Pupillen und Minderjährigen. ꝛc. etiam extra Bavariam in Romano Imperio Tutores ad annuam rationum redditionem tenentur, quod etiam adminiſtrationem locorum piorum, quibus cauſæ pupillares æquiparari ſolent, decretum eſt in Jure Canonico.

Cle-

wandt ist, nichts destominder (es seye dann die Mutter oder Anfrau) denen weitern Befreunden nicht vorgezogen, sondern wohl gar von der Vormundschaft ausgeschlossen wird. Fünftens ob schon, wie erst gehört worden, der nähere vor denen weiteren Freunden in Ubertragung der wenigist ordentlich anzunehmen seyenden Vormundschaft den Vorgang geniesset, so erstrecket sich doch solches nicht auf den Fall, da die nähere Freund nicht tauglich wären, zum Exempel Unmannbare, Minderjährige, Soldaten ꝛc. von welchen wir oben im 14. Titul *num.* 2. gehandlet, item Taube, Stumme, Unsinnige, ꝛc. Dahero die Bayrische Land-Recht *tit.* 5. *art.* 1. solche Vormunder anverlangen, die darzu geschickt seyn, also daß, wie in erst citierter Stell zu ersehen, wann unter denen Freunden keine taugliche gefunden werden, auch auswärtige Vormunder gestellet werden können: wo aber unter der Freundschaft nicht taugliche Personen gefunden, oder den Pflegkindern beschwerlich und schädlich vermerckt wurden, ꝛc. sollen ihnen andere nutzliche und taugliche Vormunder gegeben werden. Sechstens wiewohl nach Bayrischen Rechten, wie wir oben im 13. Titul *num.* 4. gehöret, da durch Testament kein Vormunder gesetzt worden, die rechtmäßige Vormundschaft (wenigist nach Schärffe der Rechten) keinen Platz greiffet, so ist doch bey dem Adel und jenen Personen, welche disem beygezehlet zu werden pflegen, zu beobachten, daß selbe unter ihnen selbst einen Vormunder erwählen können, Land-Recht *tit.* 5. *art.* 4. zu Ende: doch wo auf Absterben einer Adels-Person, der Fürstlichen Räthen, Geschlechtern und Doctorn, die Freund für sich selbst aus ihnen geschickte und taugliche Vormunder erwählen, ꝛc. Welches denen gemeinen Leuthen nicht verstattet wird, nach laut des angezogenen 5. Tituls 1. Art. Indessen müssen sich doch solche von denen Adelichen und andern hierunter begriffenen Personen erwählte Vormunder bey ihrer ordentlichen Obrigkeit, als dem Churfürstl. Hof-Rath, Regierung ꝛc. um die Bestättigung anmelden: und sich ermeldte Vormunder um ihr Bestättigung anzeigen wurden. Land-Recht in ermeldten *tit.* 5. *art.* 4. Siebendens seynd die rechtmäßige Vormunder, ja auch die Mutter und Anfrau, welche die Vormundschaft annehmen, gehalten, über des Pflegkinds Güter und Sachen ein ordentliches Inventarium aufzurichten, das empfange-

Clementin. quia contingit 2. ſ. ut autem de religioſ. domib. Porrò circa has ipſas rationes annuatim reddendas, in Bavaria, vigore Land-Recht *in ſæpè cit. tit. 5. art. 5.* iterum aliqua differentia ſe offert, Nobiles enim & iis accenſeri ſoliti dictas rationes inter ſe ipſos deponunt, è contra plebei easdem coram competente Judice vel Magiſtratu præſtare debent. *Octavò* denique advertendum eſt, quòd, ſi primus legitimus Tutor quocunque modo eſſe deſierit, ſequens legitimus tutelam ſuſcipere debeat, *Gloſſ. penult. in L. ſi quis ſub conditione ff. de teſtament. tutel.* ſicut à contrario, ſi ſemel ad teſtamentarium tutorem devoluta ſit tutela, nullus ampliùs legitimus admittitur, ſed illo deficiente alius dandus eſt, *cit. L. ſi quis ſub conditione ſ. 1.* caſu quo teſtamentô datus ſe excuſaverit; quando verò teſtamentarius deceſſerit, tunc ad legitimum tutela defertur, *dict. L. ſi quis ſub conditione 11. ſ. quodſi tutor 3. ff. de teſtament. tutel.*

§. Quod autem II.

Declaratur *hoc loco*, quòd non ſolùm tunc legitima tutela locum habeat, ſi nullum planè factum fuerit Teſtamentum, ſed etiam ſequentibus caſibus: 1mò quando quidem Teſtator teſtamentum aliquod condidit, nullum tamen in eo Tutorem liberis dedit; aut ſi quidem 2dò Tutorem aliquem Teſtamentô nominaverit, is verò vivo adhuc Teſtatore deceſſerit; vel denique 3tiò ſi teſtamentum, in quo Tutor datus, fuerit invalidum, quia tunc nihil operatur. §. Sed

pfangene und angewendete aufzuzeichnen, und hierüber Rechnung zu pflegen, weil solches überhaupts von allen Vormundern gefordert wird. Gleichwohl weichet in Ablegung deren Rechnungen das Chur-Bayrische von dem gemeinen Recht ab, massen nach disem erst bey Endung der Vormundschaft die Rechnung gepflogen werden muß, wo hingegen das Bayrische Land-Recht *tit. 5. art. 3.* solche alljährlich abzulegen befihlet. Ja heutiges Tags nach dem neuesten Recht, und Reichs-Abschieden von Anno 1548. und 1577. Titul von der Pupillen und Minderjährigen ꝛc. müssen auch ausserhalb deren Chur-Bayrischen Landen in dem Römischen Reich die Vormunder jährliche Rechnung leisten, welches ebenfalls bey Verwaltung der milden Orthen in dem Geistlichen Recht verordnet ist. Jedoch bezeigt sich eben wegen disen alljährlich abzulegen seyenden Rechnungen in unsern Land-Rechten *tit. 5. art. 5.* mehrmal ein Unterschied: dann die Adeliche und hierunter zehlbare Personen legen sie unter sich selbst ab, die gemeine Leuth aber müssen solche vor der ordentlichen Obrigkeit pflegen. Achtens endlich kommet zu mercken, daß, wann der erste rechtmäßige Vormunder auf was immer für eine Art die Vormundschaft endigte, der andere rechtmäßige solche zu übernehmen schuldig seye, gleichwie im Gegenfall, wann die Vormundschaft einmal auf einen durch Testament gesetzten Vormunder gelanget ist, kein rechtmäßiger mehr zugelassen wird, sondern da der erste abgehete, ein anderer von der Obrigkeit bestellet werden müste, wann sich der durch Testament ernennte hievon entschuldigen wurde; wofern aber derselbe versterbete, so wird die Vormundschaft einem rechtmäßigen Vormunder übertragen.

§. Quod autem II.

Allhier wirdet verordnet, daß nicht nur alsdann, wann kein Testament verhanden ist, sondern auch in folgenden Fällen die rechtmäßige Vormundschaft Platz greiffe, als 1.mò wann zwar ein Vatter einen letzten Willen hinterlassen, jedoch in selbem denen Kindern keinen Vormunder gesetzt; 2.dò wann er zwar einen geordnet, diser aber noch bey Lebszeiten des Testierers verstorben; 3.tiò wann das Testament ungültig seye. 9

§. Sed agnationis fin.

10 EXplanatâ hucusque legitimâ Tutelâ, Imperator *hìc* ſtatuit, facultatem illam proximis Agnatis conceſſam tolli & perimi plerumque omnibus modis *Capitis diminutione. Text. hìc & L. legitimos 5. ſ. fin. ff. de legitim. tutor.* Ratio deſumitur ex ipſis ſpeciebus dictæ Capitis diminutionis: *maxima* enim & *media* facit, ut aliquis non ſit ampliùs Civis Romanus, ut *ſeq. tit.* patebit, ergo hoc ipſo officium Civium Romanorum auffertur: *Minima* verò tunc eſt, quando facta arrogatione aut emancipatione mutatur Familia, hac ipſa autem mutatione Familiæ perditur jus Agnationis. *Text. hìc & L. tutelas 7. verſ. ſed legitimæ ff. de Cap. minut.* Cæterùm *ad fin. hujus ſ. ult.* Imperator rationem aſſignat, quare per minimam Capitis diminutionem jus *Agnationis*, non verò *Cognationis* amittatur; quia nempè jus Cognationis eſt naturale, quod per Jus Civile aufferri nequit, *L. jura ſanguinis 8. ff. de Reg. Jur.* econtrà Agnatio eſt Juris Civilis, ergo per Jus Civile tolli poteſt, nihil enim tam naturale eſt, quàm eo genere quidque diſſolvere, quo colligatum erat; cùm ergo minima Capitis diminutio ſit Juris Civilis, per eam Agnatio, quæ pariter Juris Civilis exiſtit, tolli poteſt, ſícque ſublata Agnatione ipſo facto corruit tutela legitima, ut ex ſuprà dictis conſtat.

Quamvis itaque per minimam Capitis Diminutionem ſemper ipſo jure tollatur Agnatio, ſublatâ tamen modò per *Novell. 118.* inter Agnatos & Cognatos differentiâ, Cognationi, utut per Capitis minimam

§. Sed agnationis fin.

NAch bishero beschriebener rechtmäßigen Vormundschaft, ordnet diß Orts Justinianus, daß diser denen nächsten Befreunden zugestandene Vortheil aufgehebt werde, und erlösche gemeiniglich durch die auf alle Weiß und Art beschehende Veränderung oder Verminderung des Stands; die Ursach wird aus denen Eigenschaften solcher Stands-Veränderung hergeleitet, daß sowohl die Gröste, als Mittlere solche Veränderung würcke, daß einer nicht mehr für einen Römischen Burger erkennet werde, wie sich im nachfolgenden Titul äussern wird, solchemnach wird auch hierdurch ein solch Römisch Burgerliches Amt, wie die Vormundschaft ist, verlohren. Die mindere Veränderung des Stands aber geschicht alsdann, wann durch Annehmung an Kindsstatt, oder Loslassung aus vätterlicher Gewalt, die Familie verändert wird, folglich durch eben diese Veränderung das Recht der Bluts-Freundschaft verlohren gehet. Ubrigens gibt Justinianus am Ende dises §. die Ursach, warum durch die mindere Veränderung des Stands das Recht der Bluts-Freundschaft, und nicht auch das Recht der Anverwandschaft aufgehoben werde; weil nemlich dises letztere in der Natur gegründet ist, sofort durch das Burgerliche Recht nicht kan benommen werden, da hingegen die Bluts-Freundschaft von dem Burgerlichen Recht ihren Ursprung habe, folglich durch selbes auch verändert werden könne, massen nichts so natürlich seye, als etwas mit der nemlichen Art aufzulösen, mit welcher es gebunden ist; weil demnach die mindere Stands-Veränderung Burgerlichen Rechtens ist, so kan durch selbe auch die Bluts-Freundschaft, welche von eben disem Recht eingeführet worden, abgethan werden, und da also die Bluts-Freundschaft sich aufhebet, so verliehret sich gleicher gestalten die rechtmäßige Vormundschaft, wie aus dem angezogenen zu Gesicht fallet.

Obwohl demnach durch solche mindere Stands-Veränderung allzeit auch die Verwandschaft aufgehoben wird, so dauret doch heutiges Tags, nachdeme laut der 118. Novell zwischen de-

mam diminutionem ablatæ, durat effectus Juris, ac si nulla Capitis diminutio interceſſiſſet, propter Anaſtaſii & Juſtiniani Impp. conſtitutiones, ut proinde minima Capitis diminutione Tutela non perimatur. *L. ſi frater emancipatus 4. Cod. de legitim. tutel. Le. ne lucrum 5. Cod. de Curator. furioſ. vel prodig. L. ſi ab eo 11. & L. meminimus ult. ſ. cùm igitur 1. & ſeqq. Cod. de legitim. hæred.*

TITULUS XVI.
De Capitis Diminutione.

SUMMARIA.

N. 1. Quid ſit Capitis Diminutio, & quotuplex?
2. Quid maxima?
3. Media?
4. Et minima ſit?
5. Varii effectus Capitis Diminutionis.
6. Servus Capite non minuitur,
7. Nec amittens Dignitatem.
8. Per qualem Capitis Diminutionem jus Agnationis tollatur?
9. Quomodo proximi ad Tutelam legitimam vocandi?

AD

nen Bluts-Freunden und Verwandten der Unterschied abgethan ist; der durch die mindere Stands-Veränderung aufgehebten Verwandschaft der Frucht des Rechts, als wann keine Veränderung des Stands untergeloffen wäre, wegen denen Verordnungen der Kayfern Anastasii und Justiniani, und solchemnach wird durch vilbedeute mindere Stands-Veränderung die Vormundschaft nicht benommen.

Sechzehender Titul.

Von der Veränderung oder Verminderung des vorigen Stands in einen geringeren.

Innhalt.

N. 1. Was, und wie villerley die Stands-Vränderung seye?
2. Was die gröste?
3. Die mittlere?
4. Und die kleinste seye?
5. Unterschiedliche Würckungen der Stands-Verminderung.
6. Ein Knecht verändert seinen Stand nicht,
7. Weder einer, der eine Würde verliehret.
8. Durch was für eine Stands-Veränderung das Bluts-Freundschafts-Recht aufgehoben werde?
9. Wie die Nächste zur rechtmäßigen Vormundschaft zu ruffen seyen?

AD PRINCIPIUM.

1 §§ Diminutio Capitis *hìc* accipitur pro mutatione ſtatûs prioris, *Text. h. & L. Capitis 1. ff. de cap. minut.* éſtque triplex, *maxima, media, & minima.* Ortum trahit ex Jure Civili, unde Capitis minutio non dicitur, quando prior ſtatus judiciô Dei mutatur, veluti cùm mortuo patre filius ſit liber, & ſui juris, & ſic ſtatum quidem mutat, non tamen capite minutus dicitur. *Gloſſ. 1. ad cit. L. capitis 1. & Gloſſ. hìc verb. commutatio.*

§. Maxima I.

2 MAximam Capitis diminutionem patitur, qui & Civitatem, & libertatem, imò & familiam amittit: *Text. hìc & L. Capitis fin. ff. de cap. minut.* ídque accidit his, qui in metallum vel ad Beſtias damnantur, quod utrumque ſupplicii genus apud Romanos olim in uſu fuiſſe, præterquàm quòd ex Hiſtoriis conſtet, etiam probat *Text. in L. ut damnum 8. ff. eſt pœna 4. ff. de pœn.* & inde in metalla damnati dicebantur Metallici. *L. in Servos 10. ff. qui ex cauſa 1. ff. eod.* Pariter non ſolùm ab hoſtibus Capti, & Servi effecti, dicebantur maxima capitis diminutione minuti, ſed de antiquo jure etiam Servi pœnæ, & ultimô ſuppliciô afficiendi, quod tamen jure novo juxta *ff. pœnæ ſervus 3. Inſt. quib. mod. jus patr. pot.* non ampliùs procedit, cùm ſervi pœnæ jam non habeantur.

Eingang.

§. 1. Die Veränderung oder Verminderung des vorigen Stands in einen geringeren ist dreyfach, die Gröste, Mittlere, und Kleinste. Sie ist aus dem Burgerlichen Recht entstanden, dahero es keine Stands-Veränderung genennet wird, wann der vorige Stand durch Urtheil GOttes abgeändert wird, als wann durch den Tod des Vatters der Sohn frey, und seines Rechts wird, dann auf solche Art verändert er zwar seinen vormaligen Stand, wird aber doch nicht für einen seinen Stand nach Veränderten gehalten. 1

§. Maxima I.

§. 2. Die gröste Veränder- oder Verminderung des Stands leydet der jene, welcher zugleich die Stadt und die Freyheit verliehret, so denen widerfahret, welche zur Arbeit in eine Ertz-Gruben, oder zu denen wilden Thieren verdammet werden, welche beede Straffen bey denen Römern vor Zeiten im Gebrauch waren, wie aus denen Geschichten bekannt ist; gleicher gestalten wurden nicht nur die von denen Feinden Gefangene, und zu Knechten gewordene, für solche durch die gröste Verminderung in ihrem Stand Veränderte geachtet, sondern auch nach dem alten Recht die Knecht der Straff, und jene, so durch Urtheil vom Leben zum Tod hinzurichten waren, so aber Vermög neuen Rechts nunmehro kein Platz findet, weil es keine Knecht der Straff jetzo mehr gibet. 2

§ Mi-

§. Minor ſive media II.

3 MEdia diminutio Capitis eſt amiſſio Civitatis, quâ libertas quidem, utpote juris naturalis, retinetur, ſed unà cum Civitate duntaxat familia amittitur, contingítque hoc illis, quibus aquæ & ignis communio negatur, ſeu interdicitur. *L. fin. ff. de legationib.* quod pœnæ genus tamen non ampliùs in uſu eſt, imò penitùs abrogatum fuit, ejúsque locô ſucceſſit deportatio in Inſulam. *L. peculatus 3. ff. ad leg. Jul. peculat. & L. Rei capitalis 2. §. conſtat. 1. ff. de pœn.*

§. Minima III.

4 MInimam Capitis minutionem ſuſtinet, qui & Libertatem & Civitatem retinet, ſolam verò familiam mutat, *L. Capitis fin. ff. de cap. minut.* ſeu, ut loquitur noſter Textus: quando retenta libertate & civitate ſtatus hominis commutatur, quod dupliciter potiſſimùm contingit, *primò*, quando ab aliquo arrogatur, qui ſui juris fuit, & ſic alienæ ſubjicitur poteſtati: *L. pertinet 2. §. bi qui 2. circ. fin. ff. cit. tit.* *Secundò* quando aliquis emancipatur. *L. liberoſ. 3. §. emancipatio 1. ff. eod.*

5 Porrò cum in *hoc ff.* completa ſit diviſio Diminutionis Capitis, duo advertenda ſunt. Primum concernit minutionem Capitis *in genere*, alterum Diminutionem Capitis *minimam.* Circa minutionem genericè ſumptam obſervandum venit *Primò*, diminutionis Edictum ſtatuere, quòd ſi quis, poſtquam aliquid cum eo actum eſt, capite minutus ſit, in eum perinde detur actio in factum ex Edicto, ac ſi nunquam ejus ſtatus mutatus fuiſſet. *cit. L. pertinet 2. §. ait Prætor 1. ff. eod.* *Secundò* quòd etiam diminutione Capitis non tollantur alicui actiones ex delicto deſcendentes, *iterum dict. L. §. nemo. 3.* *Tertiò*, quòd, quamvis per Capitis diminutionem nomina Juris pereant, non tamen nomina naturalia, id eſt, appellativa naturæ ceſſent, v. gr. Pater, filius &c. *L. tutelas 7. & ibi Gloſſ. verb. Senatusconſulta ff. de cap. minut.* *Quartò* quòd Capitis diminutio non tollat actionem injuriarum, *cit. L. tutelas §. injuriarum 1. ff. eod.*

Deven-

§ Minor sive media II.

DJe mittlere Stands-Verminderung geschicht, da die Stadt 3
oder das Burger-Recht zwar verlohren, jedannoch aber die Freyheit beybehalten wird, welches jenen begegnet, denen Feuer und Wasser versagt wird. Dise Straff aber ist nicht mehr gebräuchlich, sondern gäntzlich aufgehoben, und an deren Stell die Verbannung auf ein Insul in Ubung gekommen.

§. Minima III.

DJe geringste oder kleinste Stands-Veränderung widerfahret 4
dem jenigen, welcher die Stadt und Freyheit zwar behaltet, aber sonst den Stand verändert, so meisten Theils auf zweyerley Art geschiehet; Erstens, wann einer, der da seines eigenen Rechts ist, an Kindsstatt angenommen, und also einer frembden Gewalt unterwürffig wird. Andertens, wann einer aus dem vätterlichen Gewalt loßgelassen wird.

Da demnach in disem §. die Abtheilung der Stands-Verän- 5
derung geschlossen ist, bleiben zweyerley Anmerckungen übrig, deren die erste die Stands-Verminderung überhaupts, die andere aber die kleineste betreffen. Jene belangend, ist Erstlich zu wissen, daß das Edict der Stands-Veränderung verordne, daß, wann einer, nachdeme mit ihme etwas gehandlet worden, in seinem Stand eine Veränderung leydet, derselbe mit der Klag wegen begangener oder geschehener That (actione in factum) belanget werden könne, als wann dessen Stand niemals verändert worden wäre. Andertens daß die Veränderungen des Stands niemanden die Klagen, so aus einem Verbrechen entstehen, benehmen. Drittens daß obwohl durch die Stands-Veränderung die Nämen der Rechten aufhören, jedannoch die natürliche Nämen, was von der Natur abhanget, als wie Vatter, Sohn, und dergleichen ꝛc. nicht ausgelöschet werden. Vierdtens daß die Stands-Veränderung auch die Schmach-Klagen nicht aufhebe.

Deveniendô jam ad ea, quæ circa diminutionem capitis minimam animadvertenda ſunt, occurrit *Primò*, quòd per eam non tollatur jus publicum, nam quamvis Judex patiatur minimam Capitis diminutionem, ideò tamen non deſinit eſſe Judex. *L. amiſſione ff. fin. ff. de cap. minut.* *Secundò* quòd per minimam Capitis diminutionem Jura privata hominis & familiæ, id eſt, Agnationis adimantur. *cit. L. & ff. fin.* quamvis jure novo, per *Novell. 118. cap. 4.* Agnatio quoad effectum juris non pereat. *Tertiò* quòd minima Capitis diminutio non faciat amittere tutelas, quæ Teſtamentô, vel ex Legibus Velleia, Attilia, Julia vel Plautia, vel ex SCto dantur, quamvis faciat amittere tutelas legitimas, deſcendentes ex Lege XII. Tabularum. *L. tutelas 7. & ibi Gloſſ. verb. alieno & verb. vel ex lege ff. de cap. minut.* *Quartò* per hanc diminutionem non tolluntur obligationes, quæ naturalem præſtationem habere intelliguntur. *L. eas obligationes 8. ff. eod.*

§. Servus autem IV.

6 SErvus, quando manumittitur, non poteſt dici capite minutus. *Text. h.* Rationem annectit Imperator, *quia nullum caput habuit*, quam etiam aſſignat JCtus Paulus in *L. liberos 3. ſ. emancipato 1. ff. de cap. minut.*

§. Quibus autem V.

7 QUi dignitatem aliquam aut libera reſignatione, aut amotione amittit, pariter capite minutus non dicitur, quia in tali caſu non tam ſtatus Perſonæ privatus, quàm ejus munus, officium, aut dignitas mutatur. *Text. hic & L. Senatorem 3. ff. de Senator.*

§. Quod autem VI.

8 CErtum quidem eſt ex dictis *tit. præced. ſ. fin.* Jura Cognationis per minimam Capitis diminutionem non tolli, vi tamen *præſen-*

tis

Nun auch zu jenen Anmerckungen zu schreitten, welche über die Kleiniste Stands-Veränderung zu machen seynd, so ist Erstens zu wissen, daß durch dieselbe das offentliche oder gemeine Recht nicht ausgelöschet werde, dann obwohl ein Richter in seinem Stand verändert wurde, so bleibt er doch Richter, dagegen werden Zweytens durch solche Verminderung des Stands die Privat-Rechte deren Menschen, das ist, die Rechte der Bluts-Freundschaft aufgehebt, obwohl nach dem neuen Recht in der 118. Novell *cap.* 4. erdeutte Bluts-Freundschaft in ihrer rechtlichen Würckung nicht erlöschet. Dritrens daß die kleiniste Stands-Veränderung die durch Testament gegebene Vormundschaften nicht wohl aber die rechtmäßige verliehren machet. Vierrens werden durch solche Veränderung die Verbindnussen, welche eine natürliche Leistung oder Gebung zu haben verstanden werden, nicht aufgehoben.

§. Servus autem IV.

DOn einem Knecht, wann er frey gelassen wird, kan nicht ge- 6
sagt werden, daß er seinen Stand verändert habe, weil er niemal einen eigenen Stand gehabt hat.

§. Quibus autem V.

DEr jene, so eine Würde entweder durch freye Abtrettung, oder 7
durch Absetzung verliehret, verändert ebenfalls seinen Stand nicht, weil in solchen Fall nicht sowohl der Privat-Stand der Person, als dessen Stelle, Amt, oder Würde abgeändert wird.

§. Quod autem VI.

DU Folge des im vorgehenden Titul letzten §. Angeführten ist 8
zwar gewiß, daß durch die geringste Stands-Veränderung die

tis ff. non minùs certum eſt, per maximam vel mediam minutionem ea aufferri, non quidem quoad illa, quæ dicit Agnatio ſecundùm effectum meré naturalem, quo aliquis ut ſanguine conjunctus conſideratur, hoc enim reſpectu jura ſanguinis immutari nequeunt, *L. juræ ſanguinis 8. ff. de Reg. Jur.* Sed per memoratam maximam mediámque Capitis diminutionem jura Agnationis dirimuntur ſolùm, in quantum dicunt effectus Juris Civilis, v. gr. in ordine ad ſucceſſiones, tutelas &c. cùm enim per talem diminutionem quis fiat aut peregrinus, ut deportatus, aut ſervus, ut captivus &c. hoc ipſo etiam fit incapax beneficii ex Jure Civili reſultantis, quia ejusmodi jure Civis Romani gaudere non ampliùs poteſt, quo ſublato nec ea, quæ ſequuntur, locum habent. *L. Juriſconſultus 10. ff. non parcimus 5. ff. de grad. & affin.* quod eò extenditur, ut, licèt Servus poſteà iterum manumiſſus fuerit, tamen non ampliùs recipiat Cognationem in ordine ad effectus Juris Civilis. *Text. hic.*

§. Cùm autem fin.

9 MAteriam hujus §. jam ſuprà tractavimus *Tit. præced. num. 9. obſervand. 3. 4. & 5.*

TITULUS XVII.
De Legitima Patronorum Tutela.

SUMMARIA.

N. 1. Quibus hæc Tutela deferatur.

Ad

Rechte der Bluts-Freundschaft nicht aufgehoben werden, jedoch ist nach Zeugnuß dises §. richtig, daß solches durch die gröste und mittlere Stands-Veränderung geschehe, nicht zwar nach dem natürlichen Erfolg, durch welchen einer als ein durch Bluts-Freundschaft Verbundener betrachtet wird, dann auf dise Arth können die Rechte des Bluts nicht verändert werden, sondern sie leyden nur eine Aufhebung, in so weit sich der Erfolg oder die Würckung des Burgerlichen Rechts erstrecket, zum Exempel in Ordnung zu der Nachfolge, zu denen Vormundschaften, und dergleichen ꝛc. Dann weil durch solche Stands-Verändерung einer ein Frembdling wird, wie einem verjagten, oder ein Knecht, wie einem Gefangenen widerfahret, als wird er eben darum unfähig der Freyheiten, so aus dem Burgerlichen Recht entspringen, zumal ein solcher das Recht eines Römischen Burgers, sohin auch die hieraus entstehende Vortheile nicht mehr geniessen kan, welches so gar dahin verstanden wird, daß, obwohl auch ein Knecht hinnach wiederum loßgelassen wird, er dannoch nicht mehr der Bluts-Freundschaft, in so weit sich nemlich selbe auf den Erfolg des Burgerlichen Rechts erstrecket, theilhafftig werden könne.

§. Cùm autem fin.

WAs in disem §. gehandlet wird, haben wir oben im vorhergehenden Titul *num. 9. observ. 3. 4. & 5.* schon mit mehrern ausgeführt. 9

Siebenzehender Titul.

Von der rechtmäßigen Vormundschaft deren Patronen über ihre unvogtbare Freygelassene.

Innhalt.

N. 1. Weme dise Vormundschaft gebühre.

Ad §. unic.

1 HÆc Legitima Patronorum Tutela, ex Lege XII. Tabb. deſcendens, defertur Patronis eorúmque Liberis in Libertos Libertásque impuberes. *ſ. um. h. t.* Ratio eſt, quia, cùm commodum Succeſſionis Libertorum & Libertarum habeant, etiam Tutelas habere debent. *L. Tutela 3. in princ. ff de legitim. tutorib.* quò enim hæreditas pervenit, eò Tutela redit. *L. quò Tutela 73. ff. de Reg. Jur.* Cæterùm vi noſtri *Textûs* Patrona, ſeu Fœmina manumittens impuberem, licèt ei ſuccedat ab inteſtato, à Tutela tamen repellitur, cùm hæc ſit virile officium. *L. fin. ff. de Tutel.*

TITULUS XVIII.
De Legitima Parentum Tutela.

SUMMARIA.

N. 1. Quo jure, & quibus hæc Tutela competat.

Ad §. unic.

1 ISta Parentum Tutela, pariter ex mente Legis XII. Tabb. deſcendens, defertùr Patribus filios impuberes emancipantibus, *Text. h. & L. Tutela 3. ſ. fin. ff de legitim. tutor.* ex ratione, quia tali emancipato etiam Pater ſuccedit, *ſ. fin. Inſtit. de legitim. Agnat. ſucceſſ.* & quia Pater omnium optimè ſuis filiis proſpicere, & conſulere præſumitur. *L. de creationibus 27. Cod. de Epiſc. audient.*

Ad §. unic.

DIse rechtmäßige Vormundschaft hat ihren Ursprung aus denen Gesätzen deren zwölff Taflen, und wird denen Patronen und ihren Kindern über ihre freygelassene Unvogtbare beederley Geschlechts gegeben. Die Ursach dessen ist, weil dieselbe den Nutzen von der Nachfolge ihrer Freygelassenen haben, folgsam auch die Vormundschaft über sie führen müssen, dann wo die Erbschaft hinkommet, aldahin fallet auch die Vormundschaft. Jedoch wird in Kraft diſes §. eine Patronin oder ein Weib, so da einen Unvogtbaren freylasset, obwohl sie denselben ohne Testament erbete, von der Vormundschaft ausgeschlossen, weil diſes ein männliches Amt ist. 1

Achtzehender Titul.

Von der rechtmäßigen Vormundschaft deren Eltern.

Innhalt.

N. 1. Aus was für einem Rechte, und weme diſe Vormundschaft gebühre?

Ad §. unic.

DIse Vormundschaft entspringet gleichfalls aus denen Gesätzen deren zwölff Taflen, und wird jenen Vättern übertragen, so da ihre unvogtbare Kinder aus dem vätterlichen Gewalt loßgeben; die Ursach ist, weil einem solchen loßgelassenen Sohn auch der Vatter erblich nachfolget, und weil ein Vatter aus allen am besten für seine Kinder zu sorgen geglaubet wird. 1

TITULUS XIX.
De Fiduciaria Tutela.

SUMMARIA.

N. 1. Quibus hæc Tutela olim competierit.

Ad §. unic.

1 Fiduciaria isthæc Tutela, propter fiduciam diligentiæ & fidei fraternæ sic nuncupata, competebat *primò* Patri in filium suum impuberem, ab Avo emancipatum: *secundò* fratri in fratrem à Patre emancipatum, & denique *tertiò* Patruo in Patruelem à fratre emancipatum. Sed cùm hisce temporibus non ampliùs in usu sit, operæ pretium non est, multa de ea indagare, aut examinare.

Neunzehender Titul.

Von der vertraulichen Vormundschaft.

Innhalt.

N. 1. Weme dise Vormundschaft vor Alters gebühret habe.

Ad §. unic.

Dise vertrauliche Vormundschaft, wegen dem Vertrauen auf den Brüderlichen Fleiß und Treue also benamset, stunde zu Erstlich dem Vatter gegen seinem Sohn, welcher von dem Anherrn oder Großvatter aus dem Großvätterlichen Gewalt loßgelassen wurde; Andertens dem Bruder gegen seinem unvogtbaren und von dem Vatter aus dem vätterlichen Gewalt loßgegebenen Bruder: Drittens dem Vatters Bruder über des Vatters Bruders loßgegebenen Sohn. Nachdeme aber bey jetzigen Zeiten solche Vormundschaft nicht mehr gebräuchig, so ist auch nicht nöthig, ein mehreres hievon zu untersuchen. 1

TITULUS XX.

De Atiliano Tutore, & eo, qui Lege Julia & Titia dabatur.

SUMMARIA.

N. 1. Quid ſit Tutor dativus.
2. Quisnam Tutores dare poſſit.
3. Quinam in Tutores dari valeant.
4. Quis Nobilibus Tutorem det.
5. Quando præter Teſtamentarium etiam dativus Tutor eſſe poſſit.
6. Hodie Tutores cum inquiſitione & Cautione dantur.
7. Quando Præſes Provinciæ Tutores dare debeat.
8. Cur Tutela introducta ſit.
9. Quomodo Magiſtratus Tutelas deferat.
10. Quando, & quomodo Tutores rationes Tutelæ deponere debeant.
11. Quid circa rationes Tutelæ obſervandum.
12. Quid in Actuali ratiocinio.

AD

Zwanzigster Titul.

Von dem Atilianischen Vormunder, und jenem, welcher durch das Julische und Titische Gesatz gegeben wurde.

Innhalt.

N. 1. Was ein verordneter Vormunder seye.
2. Wer Vormunder geben könne.
3. Wer zum Vormunder gegeben werden möge.
4. Wer dem Adel Vormunder setze.
5. Wann nebst einem letztwilligen auch ein gegebener Vormunder bestehen könne.
6. Heutiges Tags werden die Vormunder mit Untersuchung und Borgschaft geordnet.
7. Wann die Lands-Obrigkeit Vormundere setzen müsse.
8. Warum die Vormundschaft eingeführt seye.
9. Wie die Obrigkeit die Vormundschaft ertheile.
10. Wann, und wie die Vormundere Rechnung zu pflegen haben.
11. Was bey denen Vormundschafts-Rechnungen zu mercken.
12. Was in der würcklichen Rechnung zu beobachten.

AD PRINCIPIUM.

DEclaratâ in *præcedentibus Titulis* Teſtamentariâ & LegitimâTutelâ, *hic* jam Imperator Juſtinianus tertiam Tutelæ ſpeciem adducit, quæ paſſim *honoraria* aut *dativa* appellatur, *L. dativus 7. ff. rem pupill. ſalv. for. L. generaliter 40. Cod. de Epiſcop. & Cleric. & L. fin. Cod. de legitim. tutor.* eáque tunc demùm locum obtinet, quando nullus aut teſtamentô datus aut aliàs legitimus Tutor adeſt: in horum enim defectu olim Pupillo in Urbe quidem à Prætore Urbano, & majore parte Tribunorum plebis, Tutor ex L. Atilia (hinc Atilianus vocatur) in Provinciis verò à Præſidibus Provinciarum ex Lege Titia & Julia dabatur. *Text. hic.* Cæterùm hi Tutores non dabantur vi Jurisdictionis ſuæ, Tutorum namque datio neque Imperii, neque Jurisdictionis eſt, ſed ei ſolùm competit, cui id nominatim vel à Lege, vel à Principe conceſſum eſt: *L. nuto 6. §. tutores ff. de Tutel.* quamvis hodierno jure vi Jurisdictionis quilibet Magiſtratus dare Tutores poſſit. *Receſſ. Imper. de ann. 1577. tit. 3. & Receſſ. de ann. 1548. tit. 32.* quod etiam in Bavaria expreſsè ſtatuitur. Land-Recht *tit. 5. art. 2.* verb: So ſoll die Obrigkeit, unter welcher der Vatter zur Zeit ſeines Abſterbens mit Weib und Kindern ſein haußlich Anweſen gehabt, denſelben Kindern Vormunder ordnen. ꝛc.

1

2

Eingang.

Nachdeme nun sowohl die letztwillige, als rechtmäßige Vormundschaft in denen vorgehenden Titulin erörtert worden, führet allhier Justinianus die dritte Gattung der Vormundschaft an, welche gemeiniglich die ehrsame, oder verordnete Vormundschaft genennet wird, 1
und alsdann erst statt findet, wann weder durch Testament ein letztwilliger, noch durch die Gesätze ein rechtmäßiger Vormunder bestellet worden, dann im Abgang deren wurden vor Zeiten denen 2
Pflegkindern von der Obrigkeit, und zwar in der Stadt von dem Stadtrichter und dem grössern Theil des Ausschuß des Volcks, nach dem Atilianischen Gesatz (dahero ein solcher ein Atilianischer Vormunder genennet wurde) auf dem Lande aber von denen Landsobrigkeiten nach dem Julischen und Titischen Gesatze, die Vormundere angeordnet. Ubrigens wurden eben dise Vormundere nicht in Kraft Gewalds oder Gerichtbarkeit gestellet, dann die Vormundschafts-Setzung ware nach denen alten Rechten weder dem Gewalt noch der Gerichtbarkeit unterworffen gewesen, sondern stunde nur jenem alleinig zu, welchen solches durch das Gesatz oder von dem Landes-Herrn namentlich erlaubt ware; obwohl heutiges Tags jedwedere Obrigkeit aus eignem Gewalt Vormundere setzen kan, laut deren Reichs-Abschieden *de anno 1577. tit. 3.* und 1548. *tit. 32.* ein welches auch in denen Chur-Bayrischen Land-Rechten verordnet wird *tit. 5. art. 2.* so soll die Obrigkeit, unter welcher der Vatter zur Zeit seines Absterbens mit Weib und Kindern sein haußlich Anwesen gehabt, denselben Kindern Vormunder ordnen, ꝛc.

3 Et hoc eò uſque procedit, ut, ſi Magiſtratus aliquis, aut Dominus Hoffmarchialis, in ſuo territorio ſeu diſtrictu idoneum Tutorem non inveniat, ab alio aliquem petere poſſit: *L. Divi Marcus 24. ff. de Tutor. & Curator.* quod Jure Patrio, Land-Recht *tit. 5. art. 2.* adhuc magis ita ampliatur, ut alter Magiſtratus, vel Dominus Hoffmarchialis, alium illum in defectu alicujus idonei per litteras mutui compaſsûs poſtulatum Tutorem, ſive agnatum, ſive cognatum, ſive nullo vinculo conjunctum, ad ſuſcipiendam in alio loco tutelam mittere teneatur, quod ipſum confirmatur per *art. 24. part. 2.* der erklärten Lands-Freyheit, quo caſu etiam taliter miſſus coram illo Judice, Magiſtratu &c. rationes tutelæ fideliter reddere obſtringitur. *cit. art. 2. tit. 5.*

4 Qamvis verò in Bavaria, Teſtamentaria Tutela deficiente, maximè in uſu ſit Dativa, Land-Recht *tit. 5. art. 1.* Nobiles tamen & privilegiatæ Perſonæ Pupillis de Tutoribus providere ipſæmet poſſunt. Land-Recht *cit. tit. 5. art. 4.*

§. Sed & ſi. I.

5 EXiſtente Tutore teſtamentario, licèt regulariter alius dari nequeat, vi tamen *hujus §.* præter teſtamento nominatum alius adhuc ab aliquo Magiſtratu Tutor conſtitui poteſt aliquoties. *Primò* ſi Tutor in Teſtamento datus ſit ſub Conditione, aut ex certo die, tunc enim, pendente conditione aut die, alius dandus eſt, *Text. h.* ut defendatur Pupillus; cùm enim hic fictione Juris nil ſcire dicatur, *Gloſſ. in L. qui juràſſe 26. ff. de jurejur. verb: non videatur;* illi per Tutoris perſonam faveri debet. *L. apud Celſum 4. §. illa etiam 23. ff. de dol. mal. & met. except.* Certum ſiquidem eſt, rem pupilli ſalvam fore, & Tutelam ſalvam fore, paria eſſe. *Gloſſ. 1. in addit. margin. in Rubr. ff. rem pupill. ſalv. for.* Hinc ad evitanda pupilli damna

in-

Und diſes gehet ſo weit hinaus, daß, wann eine Obrigkeit, oder ein Hofmarchs-Herr in dero Gebiett oder Gerichts-Gezürck keinen tauglichen Vormunder erfindet, er von einem andern einen begehren könne, nach Auſſag Land-Rechts *tit. 5. art. 2.* ja über diß die andere Obrigkeit oder Hofmarchs-Herrſchaft, daferne von ihr ein Vormunder in eine andere Gerichtbarkeit hinüber durch Compaß-Schreiben verlanget worden, denſelben, er ſeye ein Bluts-Freund, Anverwandter, oder Frembder, zur Vormundſchaft zu verſchaffen gehalten ſeye, welches durch den 24. Art. zweyten Theil der erklärten Lands-Freyheiten beſtättiget wird; und ein alſo verſchaffter Vormunder iſt ſo gar ſchuldig, vor dem andern Richter, oder Obrigkeit, zu welcher er verſchaft worden, die Vormundſchafs-Rechnung abzulegen, in Krafft des mehrangezogenen 5. Tituls 2. Art. der Land-Rechten. 3

Obe aber ſchon in dem Churfürſtenthum Bayrn nach Zeugſchaft der Land-Rechten *tit. 5. art. 1.* bey Abgang der letztwilligen die von Obrigkeiten geordnete Vormundſchaft meiſtens im Gebrauch iſt, ſo können doch der Adel und übrige gefreyte Perſonen ſelbſt um Vormundere um und denen Pupillen Fürſehung thun. Land-Recht *dict. tit. 5. art. 4.* 4

§. Sed & ſi. I.

§. Jewohl aber anſonſt und für allzeit, da durch letztwillige Verordnung ſchon ein Vormunder geſtellet worden, von der Obrigkeit kein anderer geſetzt werden kan, ſo mag doch laut diſes §. nebſt dem letztwilligen auch jezuweil von der Obrigkeit ein ordentlicher Vormunder ernennet werden, als Erſtens, wann der Teſtamentliche Vormunder unter einer Bedingnuß, oder von einem gewiſſen Tag an beſtimmet worden, dann in ſolchem Fall iſt bis zu Erfüllung der Bedingnuß oder Ankunft des Tags ein anderer zu ſetzen, damit das Pflegkind beſchützet werde, maſſen demſelben, weil es nach Erdichtung der Rechten nichtes zu wiſſen erachtet wird, durch die Perſon des Vormunders geholffen werden muß, dann 5

weil

interea alius Tutor conſtitui debet, neque admitti poteſt Tutor legitimus, utpote qui locum non obtinet, ſi Teſtamentarius ſperatur. *L. ſi quis 11. ff. de Teſtament tutel.* *Secundò* Tutor dare debet, ſi equidem adſit Teſtamentarius, hæres autem diu non adeat hæreditatem, tunc enim uſque ad tempus aditæ hæreditatis alium tutorem ſubſtitui oportet. *Text. b.* Ratio eſt, quia, licèt teſtamentô aliquis ſit ſcriptus, uſque dum tamen hæreditas adeatur, Tutoris officium actu agere nequit, hæreditate enim non adita ea, quæ in teſtamento ſcripta ſunt, non valent *L. ſi nemo 9. ff. de teſtam. tutel.* niſi plures ſint ſcripti hæredes, & unus adeat, tunc enim teſtamentaria tutela ſtatim, etiam uno ſolùm hæreditatem adeunte, actualem ſuum effectum ſortitur. *cit. L. ſi nemo 9.*

§. Ab hoſtibus. II.

PAriter *tertiò*, ſi Tutor teſtamentarius ab hoſtibus captus fuerit, tunc uſque dum revertatur, & jure poſtliminii iterum gaudeat, alius Tutor dari debet. *Text. bic.*

§. Sed ex his III.

6 QUia olim datio Tutorum, juxta ſuperiùs dicta, neque Jurisdictionis, neque Imperii fuerat, ſed quaſi voluntaria Jurisdictione exercebatur, exinde poſteà, ut magis conſuleretur Orphanis, Conſules ex inquiſitione primò Tutores dare cæperunt, deinde Prætores ex Conſtitutionibus, quibûs introducta fuit Cautio, exigenda à Tutoribus, *rem ſalvam pupillis fore*, & de iis ad Tutelæ adminiſtrationem com-

weil es einerley ist, daß die Sachen des Pupillen gesichert seyen, und daß die Vormundschaft schadloß werde, als ist zu Verhütung des Pflegkinds Schaden indessen ein anderer Vormunder Obrigkeitlich anzustellen, und kan kein rechtmäßiger Vormunder zugelassen werden, als lang ein letztwillig Verordneter zu hoffen ist. Andertens wann zwar durch Testament ein Vormunder bestellet ist, der ernennte Erb aber die Erbschaft gar zu lang nicht antrittet, alsdann ist von Obrigkeits wegen biß zur Zeit der antrettenden Erbschaft ein Vormunder zuordnen. Die Ursach dessen ist, weil, obwohl im Testament ein Vormunder geschrieben seye, derselbe jedoch, biß die Erbschaft angetretten wird, daß vormundschaftliche Amt nicht würcklich verwalten kan, indeme vor Antrettung der Erbschaft nichtes gültet, was in dem Testament verordnet stehet; ausgenommen, es seyen mehrere Erben eingesetzet, und einer aus ihnen trette die Erbschaft an, dann solchen Falls erlanget die letztwillige Vormundschaft alsbald ihre vollkommene Würckung.

§. Ab hostibus. II.

Gleichergestalten Drittens, wann der letztwillige Vormunder von denen Feinden gefangen worden, alsdann ist von der Obrigkeit, biß derselbe wiederum zuruck kommet, und in den vorigen Stand gesetzt wird, ein anderer Vormunder aufzustellen.

§. Sed ex his III.

Weil nun, wie wir oben gesehen, anfänglich die Setzung der Vormundern weder in einer Gerichtbarkeit noch Gewalt bestun- 6
de, sondern gleichsam aus freywilliger Jurisdiction gepflogen wurde, als haben, damit denen Wayfen desto besser fürgesehen wurde, erstlich die Römische Burgermeister angefangen, Vormundere mit vorheriger Untersuchung anzustellen, hinnach die Prætores aus denen Gesätzen, durch welche die Versicherung oder Borgschaft, die Güter des Pflegkinds schadloß zu halten, von denen Vormundern zu erfordern, und sie zur Vormundschafts-Verwaltung zu

compellendis. Unde in *hoc ſſ.* duo commemorantur introducta: *unum* ex parte Dantium, ut nempè hi in Tutorum vitam, mores, facultates & diligentiam inquirant, *alterum* ex parte ipſorummet Tutorum, ut ſcilicet caveant, rem pupilli ſalvam fore. De utroque pluribus infrà ſuo loco agetur.

§. Sed hoc jure IV.

DEcernitur hoc loco, quòd Prætor aut Præſes ſecundùm ſuam Jurisdictionem Tutores dare debeat, prout ſuprà *ad princip. hujus Tit.* diximus, quod & defacto, ſaltem ordinariè loquendô, obſervatur.

§. Nos autem V.

7 ANtecedens §. *hîc* à noſtro Imperatore limitatur, ut tunc demùm Præſes Provinciæ Pupillis Tutorem dare debeat, ſi eorum facultates ultra quingentos ſolidos aſcendant; ſecùs tamen ſe habet, ſi pupillorum Bona hanc ſummam 500. ſolidorum non excedant, tunc enim Defenſores Civitatum vel alii Magiſtratus municipales ordinarii, aut in Civitate Alexandrina Juridicus, etiam abſque Præſidis juſſu, adhibito tamen ſimul ad hoc negotium Civitatis Antiſtite, ſive Epiſcopo, Tutores factâ legitimâ tutelam accipientium cautelâ creare poſſunt. Aſt hoc totum jam in deſuetudinem abiit, cùm modò, juxtà ſuperiùs *ad princip. hujus Tit.* dicta, cuilibet Magiſtratui aut Domino Hoffmarchiali vi Jurisdictionis ſuæ competat, Pupillis Tutores dare.

bezwingen, urspringlich entstanden ist. Dahero in disem §. zweyerley Einführungen bemercket werden, eine auf Seithen deren, welche die Vormundere setzen, daß nemlich dise über der Vormunderen Lebens-Art, Sitten, Vermögen und Fleiß Untersuchung thun sollen; die andere aber an Seithen deren Vormundern selbst, auf daß dieselbe Versicherung und Borgschaft leisten, die Güter deren Pupillen Schaden-frey zu halten. Von beyden wird hinnach an gehöriger Stelle mit mehrern gehandlet werden.

§. Sed hoc jure IV.

Allhier wird geordnet, daß die Obrigkeit nach ihrer Gerichtbarkeit Vormundere ordnen müsse, wie wir oben im Eingang dises Tituls gesehen, welches auch noch dermal, wenigstens gemeiniglich, also beobachtet wird.

§. Nos autem V.

Der vorgehende §. wird allhier von Justiniano dahin eingeschrän- 7
cket, daß alsdann nur die Lands-Obrigkeit denen Pupillen Vormundere setzen müsse, wann deren Vermögen sich über 500. Ducaten erstrecket, ein anders aber seye, wann solches Vermögen die angezogene Summ deren 500. Ducaten nicht übersteige, massen in solch-letztern Fällen die Beschützere deren Städten, oder andere ordentliche Obrigkeiten und Magistraten, auch ohne der Lands-Obrigkeit Befehl, nach rechtmäßig gemachter Vorsorg, und Versicherung deren Annehmenden, die Vormundschaften besetzen können, doch daß hierzu auch der Vorsteher oder Bischoff der Stadt mit beygezohen werde. Dises alles aber ist nicht mehr im Gebrauch, weil wir im Eingang dises Ticuls gemeldet, nunmehro einer jedwedern Obrigkeit, Richter, oder Hofmarchs-Herrn Krafft seiner Gerichtbarkeit zustehet, denen Pupillen Vormundere zu ordnen.

§. Impuberes autem VI.

8 EXplicat *hoc ff.* Juſtinianus Cauſam finémque introductæ Tutelæ, ut nimirùm is, qui perfectæ ætatis non eſt, alterius tutelâ regatur. *Text. hic.* Unde etiam in favorem ætatis nondum perfectæ Tutelæ onus exemplô cæterorum munerum Civilium introductum, *L. cùm filiusfamilias 1. Cod. quod cum eò, qui in alien. poteſt &c.* & vel exinde neceſſarium eſt. *L. ſancimus fin. in princ. Cod. de adminiſtr. Tutor.*

Unde ex his liquet, Magiſtratum ad deferendam Tutelam obligari, quod etiam Jure Patrio in defectu Teſtamentariæ & Legitimæ
9 certum eſt. Land-Recht *tit. 5. art. 1. & 2.* Hodie á Magiſtratu ordinariè Tutores dantur ad inſtantiam & petitionem aliorum, v. gr. Matris non volentis aut non potentis tutelam ſuſcipere, aut Agnatorum, Cognatorum, Affinium &c. *L. Matris 1. & L. ſi minores 2. in princ. ff. qui pet. tutor.* Si taliter petita non fuerit Tutelæ delatio, Judex vel Magiſtratus vi ſui officii Tutorem conſtituere debet, *L. Jus dicentis 1. ff. de Jurisdict.* quod etiam Jure noſtro Municipali ſtatuitur. Land-Recht *cit. tit. 5. art. 1.* In caſu autem, quo nec Mater, nec Agnati, Cognativè ob negligentiam Tutorem poſtulaverint, & Mater & reliqui ab hæreditate pupilli, in impubertate decedentis, repelluntur. *Cit. L. ſi minores 2. §. 1. & 2. ff. qui pet. tutor. & L. ſciant. 10. Cod. de legitim. hæred.*

§. Cùm ergo final.

10 UT autem Pupillis magis proſpectum ſit, ideò *hic* præcipit Juſtinianus, ut Tutores poſt pubertatem Tutelæ Judiciô rationem reddant; *Text. hic & L. in omnibus 1. §. penult. & ult. L. niſi finita 4. ff. de tutel. & ration. diſtrah.* quæ tamen conſtitutio Juſtinianea poſteà in *Receſſ. Imper. de anno 1548. tit. 31.* von Pupillen und Minderjährigen. *§. 3. & de anno 1577. tit. 32. §. 3.* immutata eſt, ita ut ſingulis annis Tutores tutelæ ſuæ rationes deponere teneantur,

quo-

§. Impuberes autem VI.

HJer wird die Ursach und der Endzweck gezeiget, warum die Vormundschaft eingeführet worden, nemlich damit der jenige, so unvollkommenen Alters ist, durch eines andern Schutz regiert werde. Ist solchemnach zu Nutzen des unvollkommenen Alters die Beschwärnus der Vormundschaft, gleich andern Burgerlichen Aemtern eingeführt worden, weil es eben darum nothwendig ist. 8

Aus welchem klar folget, daß die Obrigkeiten zu Ordnung der Vormundschaften verbunden seyen, wie es auch die Land-Recht tit. 5. art. 1. & 2. im Abgang letztwilliger und rechtmäßiger Vormundern bekräfftigen. Doch wird zu jetziger Zeit die Vormundschaft gemeiniglich von der Obrigkeit auf Anhalten und Begehren anderer, zum Exempel, der Mutter, welche solche nicht annehmen will, oder kan, oder der Bluts- und anderen Freunden, oder auch verschwägerter Personen, bestellet; im Abgang aber einer solchen Anlangung und Begehrung, muß ein Obrigkeit oder Richter von Amts wegen Vormundere ordnen; welches auch im Land-Recht *cit. tit. 5. art. 1.* zu ersehen ist. Im Fall aber die Mutter, oder andere Freund ohne Ausnahm, aus Nachläßigkeit Vormunder zu begehren unterlassen, so ist sowohl die Mutter als übrige von der Erbschaft des Pflegkinds, dafern selbes in der Unmannbarkeit verstirbet, ausgeschlossen. 9

§. Cùm ergo final.

DAmit aber denen Pflegkindern besser fürgesehen werde, befilcht Justinianus allhier, daß die Vormundere nach Endschaft der Unvogtbarkeit vor Gericht Rechnung pflegen sollen, welches aber hinnach in denen Reichs-Abschieden von Anno 1548. *tit. 31.* von Pupillen und Minderjährigen §. 3. und von Anno 1577. *tit. 32.* §. 3. dahin abgeändert worden, daß die Vormunder alljährlich ihre Vormundschafts-Rechnungen abzulegen gehalten seyen, wormit 10

quocum Jus noſtrum Bavaricum partim convenit, partim diſcordat. Convenit, dum Land-Recht *tit. 5. art. 10.* ſingulis etiam annis rationum redditionem à Tutoribus exigit: diſcrepat verò, dum *cit. tit. art. 5.* finitâ primùm tutelâ rationes reddi demandat, id quod ex Libero arbitrio promanat, quod illis hoc noſtro jure conceſſum eſt, quibus Rationes deponendæ ſunt, adeò, ut ſi velint uſque ad finitam tutelam differre, tunc demum eas reddi oporteat, ſicut à contrario, ſi ſingulis annis exigant, eas Tutores præſtare obſtringuntur. *dict. tit. 5. art. 5. & 6.* Imò ſi facultates pupilli ſunt valdè exiguæ, etiam ſolùm ſingulô biennió vel trienniô rationes expoſci poſſunt. Land-Recht *cit. tit. 5. art. 10.* So mag die Obrigkeit oder die Befreundte, wann ſie das für gut anſehen, um Vermeydung der Unkoſten, ſolche Rechnung wohl ein Jahr, zwey, oder drey, nach Gelegenheit der Umſtänden anſtehen laſſen, ꝛc.

11 Cæterùm circa ritè faciendas Rationes tutelares ſequentia obſervanda veniunt. *Primò* quòd ad illas edendas Tutor abſolutè teneatur actione Tutelæ, & quidem vel coràm illo Judice, in cujus diſtrictu mortuus pupillorum Pater familiam habuit, aut coràm eo, qui dedit, vel confirmavit Tutorem, dicit enim JCtus Paulus *in L. quædam 9. ff. de edend. ſed nec Tutorem cogit Prætor Pupillo edere rationes, ſed judiciô Tutelæ tenetur.* Hócque etiam in Bavaria circa perſonas plebeias contingit, non itidem quoad Nobiles aut privilegiatas Perſonas, hæ enim rationes tutelæ non coràm Magiſtratu aliquo, ſed proximis conſanguineis deponunt. Land-Recht *tit. 5. art. 5.* quòd ipſum etiam inſinuatur *ſeq. art. 6.* *Secundò* ut redditio rationum ultrà determinatum tempus non diu protrahatur, ut eò magis omnes confuſiones evitentur, arg. *L. niſi finita 4. ff. de Tutel. & ration. diſtrab.* quia, ſicut ibi ante præfixum tempus non tenetur, ita eo elapſo ſtatim obſtringitur rationes dare, quod Jure Patrio omninò certum eſt, dum in *cit. tit. 5. art. 5.* præcipitur, ut abſque omni mora reddantur rationes, ohn allen Verzug, additis inſuper hiſce formalibus:

das Bayrische Recht theils einstimmet, theils aber unterschieden ist. Es kommet mit übereins, da es Land-Recht *tit. 5. art. 10.* von denen Vormundern alljährliche Rechnungen verlanget; weichet aber hievon auch ab, da es im angeführten *tit. 5. art. 5.* erst nach Vollendung der Vormundschaft die Rechnung erfordert; und dises rühret von dem freyen Willen her, welcher jenen nach unseren Bayrischen Recht gestattet wird, denen die Rechnungen abgeleget werden müssen, solcher gestalten, daß, wann sie solche Rechnungs-Leistung biß nach geendigter Vormundschaft verschieben wollen, selbes allerdings geschehen könne, soferne sie es aber alljährlich begehren, dises auch von denen Vormundern erfüllet werden müsse. Land-Recht *cit. tit. 5. art. 5. & 6.* Ja wann das Vermögen des Pflegkinds zihmlich schmal seyn solte, so dörffen die Rechnungen erst alle 2. oder 3. Jahr gepflogen werden. Land-Recht *tit. 5. art. 10.* So mag die Obrigkeit, oder die Befreundte, wann sie das für gut ansehen, um Vermeydung der Unkosten, solche Rechnung wohl ein Jahr, zwey oder drey, nach Gelegenheit der Umständen anstehen lassen, ꝛc.

Ubrigens ist in Machung deren Vormundschafts-Rechnungen 11
Nachfolgendes zu mercken. Erstlich daß ein Vormunder zu Ablegung derselben ohnwiderstreblich durch die Vormundschafts-Klag gehalten seye, und zwar vor jenem Richter, in dessen Gebiett entweders der verstorbene Vatter des Pflegkinds haußlich ware, oder aber, der den Vormunder gesetzt, und bestättigt hat; und dises wird auch in Bayrn bey gemeinen Leuthen also gehalten, jedoch nicht bey dem Adel oder sonst gefreyten Personen, dann dise legen ihre Vormundschafts-Rechnungen nicht vor der Obrigkeit, sondern denen nächsten Befreundten unter sich allein ab. Land-Recht *tit. 5. art. 5. & 6.* Zweytens muß die Rechnungs-Leistung nicht über die bestimmte Zeit verschoben werden, damit alle Unordnung desto besser verhüttet werde, weil, gleichwie ein Vormunder vor der gesetzten Zeit zur Rechnung nicht gezwungen werden kan, also ist er nach Verfluß derselben alsogleich hierzu verpflichtet, welches auch Krafft Land-Rechts *tit. 5. art. 5.* befohlen wird, daß ohn allen Verzug die Rechnungen gepflogen werden sollen, und über diß

noch

bus: wurden aber die Vormunder ſolcher Rechnung ſaumig, oder ungehorſam, denen ſoll durch die Obrigkeit von Ambts wegen ohn all vorgehender Rechtfertigung Rechnung und Bezahlung zuthun verſchafft werden. *Tertiò* in reddendis rationibus omnes expenſæ ſuperfluæ præcavendæ ſunt, Tutoris enim Cura in id invigilare debet, ut rem pupilli ſalvam eſſe procuret. *L. de die §. ff. tutor 4. ff. qui ſatisd. cog.* hinc etiam jure patrio juxta Land-Recht *tit. 5. art. 10.* ad parcendum expenſis ratiocinia tutelæ uſque ad triennium differri poſſunt. *Quartò* Tutor conficere librum rationum, & edere pupillo debet, aliàs ſi non confecit, vel confectum non exhibet, judiciô tutelæ pupillo tenetur. *L. in omnibus 1. §. officio 3. ff. de tutel. & rationib. diſtrab.* In praxi huic rationum libro apponendæ ſunt factarum expenſarum quietantiæ, quas in Bavaria in charta ſigillata conſcriptas eſſe oportet.

12 Viſis jam iis, quæ ante rationum tutelarium redditionem fieri neceſſe eſt, ſequuntur nunc reliqua, quæ in ipſo actuali Ratiocinio de jure requiruntur. Itaque *Quintò* obſervandum eſt, Tutorem taliter juxta dicta prævie inſtructum coràm illo Magiſtratu vel Judice comparere debere, in cujus diſtrictu bona pupilli tutorio nomine adminiſtravit. *L. eum, qui aliena 1. Cod. ubi de ratiocin.* *Sextò* exhibere debet Librum Rationum & Inventarium rerum pupillarium, *præcit. L. in omnibus §. 3. verſ: nam D. Severus.* Ut tali modo expenſas & reditus, totámque ſubſtantiam pupilli benè adminiſtratam fuiſſe, melius videri poſſit. Dein *Septimò* Tutor rationem reddere tenetur de omnibus, quæ fecit, non ſolùm de iis, quæ facere non debuiſſet, ſed & quæ facere oportuiſſet, & non fecit, præſtandô dolum & culpam, eandémque, quam in rebus ſuis propriis diligentiam. *L. in omnibus cit. in princ. ff. de tutel. & ration. diſtrab.* *Octavò* incumbit Tutori etiam fructuum rationem reddere, qui bona fide percipi potuerunt, licèt ipſe non perceperit, ſuper quo articuli ita ſunt formandi, quòd fructus percipere potuerit, non verò ſic concipiendi, quòd percepe-

rit,

noch die Wort beygesetzt werden: wurden aber die Vormundere ꝛc. solcher Rechnung saumig oder ungehorsam, denen soll durch die Obrigkeit von Amts wegen ohn all vorgehende Rechtfertigung Rechnung und Bezahlung zu thun verschaft werden. Dritrens seynd in ofterwehnten Rechnungen alle überflüßige Ausgaben zu meyden, weil dem Vormunder obligt, sein Pflegkind vor allen Schaden zu verwahren, dahero, wie wir eben gesehen, nach denen Chur-Bayrischen Land-Rechten, zu Verminderung deren Unkösten die Rechnungen bis auf 3. Jahr verschoben werden können. Viertens muß ein Vormunder ein ordentliches Rechnungs-Buch verfassen, und dem Pflegkind einhändigen, auser dessen, und da er solches unterlasset, oder nicht vorweiset, wider ihne die Vormundschafts-Klag bevorstehet; nach üeblichen Gebrauch aber muß er solchem Rechnungs-Buch die Quit- oder Bescheinigungen um die gemachte Ausgaben, und zwar nach der Chur-Bayrischen Sigl-Ordnung auf gestämpfleten Papier geschriebener, beylegen.

Da wir nun gesehen, was vor der würcklichen Vormundschafts- 12
Rechnungs-Ablegung geschehen müsse, so folgt nun auch, was in der würcklichen Rechnungs-Pflegung zu bemercken komme. Ist demnach Fünftens acht zu haben, daß der Vormunder, mit allem letztlich Angezogenen versehen, vor der nemlichen Obrigkeit erscheinen müsse, in dero Gerichtbarkeits-Bezürck er des Pupillen güter als Vormunder verwaltet hat. Sechstens muß er das Rechnungs-Buch und das Inventarium deren Sachen des Pflegkinds vorweisen, damit nicht nur die einkünften und Ausgaben, sondern das gantze Vermögen des Pupillen wohl verwaltet worden zu seyn, um so besser ersehen werden könne. Siebendens hinnach ist der Vormunder schuldig Rechenschaft zu geben von allen, was er gethan, und zwar nicht nur von jenem, was er nicht hätte sollen, sondern auch von deme, was ihme zuthun obgelegen gewesen wäre, und er doch nicht gethan hat, massen derselbe allen Betrug, Schuld und Saumsall ersetzen, und eben so guten Fleiß, als in seinen eigenen Sachen, gebrauchen muß. Achtens ist der Vormunder Rechenschaft zu leisten schuldig auch von jenigen Früchten, welche mit gutem Trauen und Glauben haben können genossen werden, obwohl er sie nicht genossen, und seynd

rit, quia posteriùs fortasse adversùs ipsum probari non posset. *L. sine hærede 32. ff. Modestinus 2. ff. de administr. & peric. tutor. & ibi addit. margin.* *Nonò* Tutor has suas rationes reddere tenetur secundùm veritatem, non secundùm veritatis apparentiam, æstimationémve. *L. cùm tutelæ 1. Cod. arbitr. tutel.* *Decimò* si Tutor ob segnitiem, rusticitatem, inertiam, simplicitatem, vel ineptiam, ad tutelam inidoneus esse, ex suis rationibus deprehendatur, aut à tutela removeri, *L. tutor 3. ff. qui ob segnitiem 8. ff. de suspect. tutor.* Land-Recht *tit. 5. art. 6.* aut eidem alius Curator adjungi debet. *L. 6. ff. eod.* *Undecimò* non benè administrans Tutelam pupillo omne damnum resarcire obstringitur, quia actione Tutelæ de dolo, culpa, & negligentia tenetur. *dict. L. in omnibus 1. ff. de tutel. & ration. distrah. Glossa in L. tutori 20. Cod. de negot. gest. verb. levem,* quod ipsum etiam Jure nostro statutario exigitur, Land-Recht *tit. 5. art. 5.* und sie alles das, was sie schuldig bleiben, fürderlich bezahlen, und ausrichten. *Duodecimò* præter rationes Tutor etiam ea exhibere, aut finitâ tutelâ reddere debet, quæ ex administratione apud eum remanserunt. *L. tutorem 9. Cod. arbitr. tutel.* Denique *Decimo tertiò* etiam ille ad præstandas rationes obligatur, qui, licèt verus tutor non fuerit, imò nec esse potuerit, pro Tutore tamen tutelam administravit. *L. etiam mulieres 1. & ibi Gloss. Cod. de eo, qui pro tutor.* Plura hìc equidem in ordine ad rationes à Tutore præstandas apponi possent, commodiùs tamen mox in Tit. de Authoritate Tutorum & reliquis sequentibus elucidabuntur.

II.

hierüber die Articuln solcher gestalten zu verfassen, daß dise oder jene Frücht nur genossen werden möchten, nicht aber also zu stellen, daß der Vormunder sie eingenommen habe, weil dises letztere villeicht nicht erprobet werden könte. Neuntens muß ein Vormunder solche Rechnungen nach der Wahrheit, und nicht nach Wahrheits-Schein oder Schätzung ablegen. Zehendens wann aus denen Rechnungen ein Vormunder wegen Faulheit, Grobheit, Unwissenheit, Einfältigkeit, oder Untauglichkeit, nicht geschickt zur Vormundschaft erfunden wurde, ist selber entweders von seinem Amt zu entsetzen, Land-Recht *tit. 5. art. 6.* oder demselben ein anderer Treustrager beyzugesellen. Eylftens ein Vormunder, so sein Amt nicht wohl verwaltet, ist schuldig dem Pupillen allen Schaden zu ersetzen, wie er dann sowohl wegen Betrug und Schuld, als Nachläßigkeit die Vormundschafts-Klag zu gewarten hat. Land-Recht *tit. 5. art. 5.* und sie alles das, was sie schuldig seynd, fürderlich bezahlen und ausrichten. Zwölftens muß ein Vormunder, nach Ende der Vormundschaft nebst denen Rechnungen auch alles jenige vorweisen, und zuruckgeben, was ihme aus der Verwaltung übrig gebliben ist. Dreyzehendens endlich ist auch der jenige Rechnung zu leisten verbunden, welcher, obwohl er der wahre Vormunder nicht gewesen, oder auch nicht hat seyn können, jedoch an statt des Vormunders die Vormundschaft verwaltet hat. Es könte zwar noch ein mehreres von denen abzulegen seyenden Vormundschafts-Rechnungen hier angeführet werden, so sich aber in denen nachfolgenden Titlen gelegentlicher äussern wird.

TITULUS XXI.
De Auctoritate Tutorum.

SUMMARIA.

N. 1. Quid ſit Tutorum Auctoritas.
2. Quid requiratur, ut Tutor ſuam Auctoritatem præſtare queat.
3. Tutor Magiſtratui ſe præſentare debet,
4 Et Inventarium bonorum pupillarium conficere,
5. Nec non jurare, ſe Tutelam benè adminiſtraturum fore.
6. Quandonam Tutor ſuam Auctoritatem præſtet,
7. Quando Tutoris Auctoritas requiratur.
8. Quandonam Pupillus contrahendô obligetur.
9. Quid Tutori obſervandum circa Emptiones & acquirendas obligationes nomine Pupilli.
10. Quid circa pecunias Pupilli mutuò elocandas,
11. Et circa alienationem rerum pupillarium.
12. Quid circa defenſionem pupilli Tutori incumbat.
13. Quid Tutori circa ſuum Contutorem advertendum ſit.
14. Etiam in adeunda hæreditate Tutoris Auctoritas deposcitur.
15. Quomodo Tutoris Auctoritas præſtanda.
16. Quænam ad legitimè præſtandam Tutoris Auctoritatem requirantur.
17. Quid agendum, ſi Tutor cum pupillo litem habeat.

Ein und Zwantzigster Titul.

Von rechtlicher Macht und Gewalt deren Vormundern.

Innhalt.

N. 1. Was die Macht und Gewalt deren Vormundern seye.
2. Was erfordert werde zu Vollstreckung des vormundschaftlichen Gewalts.
3. Der Vormunder muß sich vor der Obrigkeit stellen,
4. Und über des Pupillen Vermögenschaft ein Inventarium aufrichten,
5. Wie auch schwören, die Vormundschaft wohl zu verwalten.
6. Wann ein Vormunder seinen Gewalt zeigen könne.
7. Wann des Vormunders Gewalt erfordert werde.
8. Wann der Pupill durch Contract verbunden werde.
9. Was ein Vormunder bey Käuffen, und Verbindlichkeits Erlangungen im Namen des Pupillen zu thun habe.
10. Was bey Ausleyhung der Geldern des Pupillen.
11. Und bey Veräusserung der Gütern des Pflegkinds.
12. Was ein Vormunder für eine Schuldigkeit auf sich habe, den Pupillen zu beschützen.
13. Was ein Vormunder gegen seinem Mit-Vormunder zu beobachten habe.
14. Auch bey Antrettung der Erbschaft ist des Vormunders Gewalt nöthig.
15. Wie und durch was des Vormunders Macht gezeiget werde.
16. Was zur rechtmäßiger Erzeigung des Vormundschaftlichen Gewalts erforderlich.
17. Was zu thun, wann der Vormunder mit dem Pupillen im Stritt ist.

AD PRINCIPIUM.

1 §AGitur *hoc Titulo* de Auctoritate Tutoris, quæ nil aliud est, quàm illa Vis & Potestas, quam quilibet Tutor secundùm jura accipit in personam résque Pupilli defendendas & administrandas; eáque intervenire debet in omnibus Pupilli actibus, non tantum judicialibus, in quibus Pupillo non est legitima persona, *L. in rebus 2. Cod. qui legit. person. stand. in judic. hab.* Sed etiam in extrajudicialibus, *L. nam etsi 3. ff. de auctorit. & consens. Tutor.* ut si agatur de obligando pupillo, vel alienandis ejus rebus.

Ut autem Tutor hanc potestatem ritè ac debitè exercere possit,
2 desideratur *primò*, ut aut validô testamentô nominatus, aut à legitimo Judice seu Magistratu datus sit Tutor, aut ut ex lege XII. Tabularum ei tutela legitimè fuerit delata, non enim firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non subsistit, *Cap. 18. de Reg. Jur. in 6.* per consequens juxta *Ordinat. Imper. Polit. de ann. 1577. tit.*
3 *32.* à competente Magistratu aut dari, aut confirmari, ac tanquam Tutor decerni debet. Hinc etiam Jus Bavaricum *tit. 5. art. 4.* der Land-Rechten his formalibus præcipit: ein jeder Vormunder oder Gerhab, so er die Vormundschaft annehmen will, oder ihme die anzunehmen befohlen, oder durch letzten Willen verschafft würdet, der soll derselben sich nicht selbst unterziehen, noch sich eindringen, bey Vermeydung ernstlicher Straff, sonder vor allen Dingen für die Obrigkeit kommen, derselben sich als ein Vormunder erzeigen, ꝛc.

Eingang.

1 Es wird allhier von der Auctorität deren Vormündern gehandlet, welche nichts anderes ist, als jene Gewalt und Vollmacht, welche ein jedwederer Vormunder von denen Rechten erlanget zur Beschütz- uud Verwaltung der Person und deren Gütern des Pupillens. Solche Vollmacht ist in allen sowohl vor als ausser Gericht vorfallenden Handlungen des Pupillens erforderlich, als wann zum Exempel der Pupill verbindlich gemacht wird, oder da etwas von seinen Sachen zu veräussern, oder zu verkauffen ist, ꝛc.

2 Auf daß aber ein Vormunder disen Gewalt recht und gültig vollführen könne, wird Erstlich erfordert, daß er entweders durch ein standhaftes Testament, oder von der rechtmäßigen Obrigkeit, oder aus dem Gesatz deren zwölf Taflen zur Vormundschaft beruffen, und verordnet seye, dann was zu Anfang nach denen Rechten nicht bestehet, wird auch durch den Lauff der Zeit nicht bekräftiget. Dahero nach des Römischen Reichs Policey-Ordnung *de anno* 1577. *tit.* 32. ein Vormunder von der ordentlichen Obrigkeit entweders bestättiget, oder ernennet werden muß. 3 Deme gemäß auch die Bayrische Land-Recht *tit.* 5. *art.* 4. dise Wort einrucken: ein jeder Vormunder oder Gerhab, so er die Vormundschaft annehmen will, oder ihme die anzunehmen befohlen, oder durch letzten Willen verschafft würder, der soll derselben sich nicht selbst unterziehen, noch sich eindringen, bey Vermeydung ernstlicher Straff, sondern vor allen Dingen für die Obrigkeit kommen, derselben sich als ein Vormünder erzeigen, ꝛc.

Ander-

4 *Secundò* debet Inventarium omnium rerum pupillarium confi-
cere, & ante illud confectum nihil ad tutelam pertinens gerere. *L. Tutor, qui repertorium 7. ff. de administr. & peric. tutor.* Land-Recht *tit. 5. art. 7. in princ. & tit. 43. art. 2. vers.* desgleichen ſollen die Vormunder ꝛc. Unde Tutor Inventarium non faciens, quamprimùm facere poteſt, dolô malô feciſſe cenſetur, & ideò ut ſuſpectus removetur, aliásque pœnas patitur, niſi aliqua neceſſitas & juſtiſſima cauſa allegari poſſit, quæ Inventarii confectionem impedirent. *Cit. L. Tutor, qui 7. & ibi Gloſſ. n. 1. & 2.* Similiter Tutor, aliqua bona in Inventario deſcribere omittens, ut ſuſpectus removetur, & extra ordinem punitur. *L. in eos 9. ff. de Tutel.* Ut ergò omnis ſuſpicio falſi vel defectuoſi Inventarii tollatur, conficiat illud Tutor in præſentia Tabellionis & Judicis, *Gloſſ. 1. dict. L. Tutor, qui repertorium,* aut publicarum Perſonarum, *L. Tutores 24. Cod. de adminiſtr. tutor.* & hoc ideò, ut Inſtrumenta exemplata in Inventario faciant fidem contra debitores pupilli. *Gloſſ. 1. & fin. cum addit. marg. in L. chyrographis 57. ff. de adminiſtr. & peric. tutor.*

Tertiò antequam Tutor actu adminiſtret tutelam, priùs cavere, & ſatisdare debet, rem pupilli ſalvam fore. Quia verò de hac ipſa cautione & ſatisdatione inferiùs *Tit. XXIV.* expreſsè & ſpecialiter tractatur, ideò hìc operæ pretium non eſt, multa de illis præloqui, quæ ad *dictum Tit.* ſunt reſervata.

5 *Quartò* ante actualem tutelæ adminiſtrationem etiam jurare Tutor debet, quòd omni meliori modo munus ſuum gerere velit. *Novell. 72. cap. 8. & L. de creationibus 27. Cod. de Epiſcop. audient. Receſſ. Imper. de ann. 1548. tit. 31. §. 3. & de ann. 1577. tit. 32.* Jura tamen Patria, Land-Recht *tit. 5. art. 4.* quamvis juramentum exigant, illud tamen non abſolutè neceſſarium eſſe innuunt, ſed locô jurisjurandi admittunt etiam promiſſionem ſtipulatam, qua quis ſpondet, ſe omni meliori modo commiſſam ſibi tutelam adminiſtraturum fore, verb: und darauf der Obrigkeit und Kindern Pflicht thun, oder an Ayds-ſtatt geloben.

6 Tu-

Andertens muß er ein Inventarium über alle des Pflegkinds 4
bewegliche und unbewegliche Güter und Sachen aufrichten, und vor Aufrichtung dessen in der Vormundschaft nichts verwalten, oder unternehmen. Land-Recht *tit. 5. art.* 7. zu Anfang und *tit. 43. art.* 2. wie dann ein Vormunder, wann derselbe, sobald er das Inventarium verfassen kan, solches unterlasset, betrüglich gehandlet zu haben geglaubet, und als verdächtig von der Vormundschaft gestossen wird, auch andere Straffen auszustehen hat, es wäre dann eine Nothwendigkeit oder gerechtiste Ursach an solcher Unterlassung schuld. Gleichfalls wann er einige Güter in das Inventarium zu setzen auslasset, so wird er ebenfalls als verdächtig von der Vormundschaft abgesöndert, und ausserordentlich gestrafft. Damit also aller Verdacht eines falschen oder mangelhaften Inventarii auf die Seithe gehoben werde, so hat ein Vormunder solches Inventarium in Gegenwart des Richters und eines Notarii oder anderer offentlicher Personen zu machen, und dises von darum, damit die Abschriften deren Instrumenten in dem Inventario wider des Pupillen Schuldnere einen Glauben oder Beweisthum würcken.

Drittens bevor der Vormunder die Vormundschaft würcklich antrette, hat selber Versicherung und Borgschaft zu leisten, die Güter des Pflegkinds schadloß zu erhalten. Weil aber von der nemlichen Versicherung und Borgschaft hinnach in dem 24.sten Titul eigens gehandlet wird, als ist hier nicht nöthig ein mehreres hievon zu melden.

Viertens muß auch der Vormunder vor würcklicher Antrettung der Vormundschaft schwören, daß er selbe auf alle mögliche Weis bestens vollführen wolle, laut deren öfters angezogenen Reichs-Abschieden, und des alten Römischen Rechts. Die Chur-Bayrische Land-Recht aber *tit. 5. art. 4.* obwohl sie auch das Jurament des Vormunders verlangen, halten doch selbes nicht allzeit für nothwendig, sondern lassen an statt dessen eine Versprechung oder Pflichts-Glübd zu, Krafft welcher sich einer zu dem nemlichen verbindlich machet, Formal. und darauf der Obrigkeit und Kindern Pflicht thun, oder an Ayds-statt geloben. 5

6 Tutor itaque taliter inſtructus ſuam auctoritatem præſtare poteſt, non tamen præſtare cenſetur, niſi audiat, vel loquatur; quòdſi enim non audiat, vel loquatur, auctoritas intervenire non poteſt. *L. tutela 1. ſ. ſurdum 3. ff. de tutel.* Hæc ipſa verò Tutoris auctoritas non debet principaliter in commodum aut lucrum ipſius Tutoris tendere, *L. quanquam 1. ff. de autorit. & conſenſ. tut.* Sed in emolumentum pupilli, etiam tacentis, aut muti. *L. muto 6. ff. de tutel. & L. impuberes 13. ff. de autorit. & conſenſ. tutor.*

7 Generaliter itaque loquendô, toties requiritur auctoritas Tutoris, quoties pupillo præjudicium imminet, ut quando de perſona ipſius obliganda, aut de re ejusdem alienanda agitur. *Gloſſ. in L. quemcunque 15. ſ. fin. verb. tutore ff. de rei vindicat.* Unde in iis cauſis, ex quibus obligationes mutuæ naſcuntur, uti in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depoſitis, *Text. h.* tutoris autoritatem adhiberi neceſſe eſt, cùm favor pupilli eò exten-
8 datur, ut ipſe, ſi contractum aliàs per ſe utrinque obligatorium abſque authoritate Tutoris ineat, alterum quidem ſibi obliget, viciſſim autem eidem non obligetur, *Text. h.* ſibi enim imputare debet, qui cum pupillo contrahit, cùm ſciat, aut ſcire debeat, ſine interventu Tutoris eum non obligari. *L. Julianus 13. ſ. ſi quis à pupillo 29. ff. de action. empt. & vend.* Sicut autem ex dictis pupillus abſque autoritate Tutoris rem ſeu conditionem ſuam deteriorem facere nequit, *L. contra juris 38. ff. de pact.* ita è contrario certa eſt illa Juris regula, quòd pupillus ſine authoritate Tutoris conditionem ſuam meliorem reddere valeat, *Text. h.* quia, licèt in tali caſu, quo de ſolo pupilli lucro agitur, intellectus & conſenſus illius non ſit omninò perfectus, ut ad omnia & quævis negotia gerenda idoneus habeatur, talis tamen eſt, qui ad acquirendum ſufficiat, quod in ipſius utilitatem receptum eſt. *L. neque tutoris 1. Cod. de authorit. præſtand. L. pupillus 9. ff. de adquir. vel omitt. hæred. L. quamvis 32. ſ. infans 2. ff. de adquirend. vel amitt. poſſeſſ.*

Occa-

Ein auf solche Art dann versehener Vormunder kan seine Gewalt 6
und Vollmacht erzeigen, doch niemal anderter gestalten, ausser er höre, und rede; dann wann er nicht höret, und nicht redet, kan seine Gewalt und Macht nicht darunter kommen. Eben dise Gewalt aber muß nicht hauptsächlich auf den Nutzen und Gewinn des Vormunders selbst, sondern auf die Wohlfahrt des Pflegkinds, auch eines schweigenden und stummen abzihlen.

Insgemein also zu reden, ist die Autorität des Vormunders so 7
oft erforderlich, als oft dem Pflegkind ein Nachtheil anscheinet, als zum Exempel, wann er zu etwas solte verbunden, oder seine Güter veräussert werden müssen. In Foige dessen bey solchen Handlungen, aus welchen Verbindungen und Gegenverbindungen entstehen, wie bey Käuffen und Verkauffungen, Vermiethungen, Stüftungen, Vollmachten und Hinterlegungen, dann andern dergleichen Geschicht, des Vormunders Gewalt und macht nothwendig erfordert wird, weil ein Pupill von denen Rechten solcher massen begünstiget wird, daß, 8
wann derselbe einen ansonst auf beeden Seithen verbindlichen Contract ohne des Vormunders Beythuen eingehet, er zwar ihme den andern, nicht aber entgegen auch sich jenem verbinde, dann ein solcher, der mit einem Pupillen Handlung pflegt, sich die Schuld selbst beymessen muß, weil er weiß, oder doch wenigst wissen solte, daß kein Pflegkind ohne des Vormunders Autorität sich obligieren könne. Gleichwie auch, wie wir schon verstanden, der Pupill ohne des Vormunders Macht seine Sach oder Vermögen nicht verringern kan, also ist im Gegenspiel auch ein richtiger Rechts-Satz, daß der Pupill ohne des Vormunders Autorität das Seinige verbesseren möge, dann obwohl in dem Fall, wo es um den alleinigen Gewinn und Vortheil des Pupillen zu thun ist, der Verstand und die Einwilligung desselben nicht also vollkommen, daß sie zu allen und jeden Handlungen und Geschäften hinlänglich erachtet werden, so seynd selbe doch genug etwas zu erlangen, als welches zu des Pupillen Nutzen in Rechten also fürgesehen ist.

Occaſione hujus Quæres 1mò cùm Tutor toties ſuam authoritatem præſtare debeat, quid eidem obſervandum veniat in ordine ad emptiones nomine Pupilli faciendas, acquirendásque obligationes.

9 R. Sequentia illi notanda eſſe. *1mò* quòd Tutor emendô rem nomine Pupilli acquirat ipſi Pupillo, etiam ignoranti. *L. ſi procurator 13. ff. de adquir. rer. domin.* *2dò* ut in emenda aliqua re ſit perquàm circumſpectus; quamvis enim Tutor in emendis pupillo rebus ordinariè non teneatur de culpa levi, *L. tutor, qui 7. ſ. competet 2. ff. de adminiſtr. & pericul. tutor.* ſi tamen emerit Pupillo prædia non idonea, aut per ſordes, aut gratiam, aut per latam culpam, tenebitur actione tutelæ. *cit. L. 7. ſ. 2.* *3tiò* Tutor clarîs verbîs exprimere debet, utrùm ex pecunia Pupilli nomine ſuo, an Pupilli, emat; ſi enim tutor Judicis mandatô ex pecunia Pupilli prædium emat nomine ſuo, & non nomine Pupilli, poſteà in electione Pupilli ſtat, vel petere prædium emptum, vel pecunias unàcum legitimis uſuris. *L. ſi Curator 3. Cod. arbitr. tutel.* *4tò* obſervandum, ut de pecunia pupilli nullam rem pro ſe ipſo Tutor emat; quascunque enim res pecunia pupillari emerit, omnes illæ ſpecialiter obligatæ ſunt, neque Tutoris ſunt, ſed Pupillus habet actionem utilem in rem. *L. ſi tutor tuus 6. Cod. de ſerv. pign. dat.* *5tò* ſi tutor pro re nomine pupilli empta, & per actionem confeſſoriam vel hypothecariam evicta, litis æſtimationem ſolverit de ſuo, contra venditorem nomine Pupilli poteſt agere actione ex ſtipulatu de evictione, cùm ipſe Pupillus tutori teneatur ad eam pecuniam contraria tutelæ actione. *L. ſi pro re pupilli 22. & ibi Gloſſ. n. 1. & 2. ff. de eviction. & dupl. ſtipulat.* *6tò* provideat Tutor pupillo de veſtibus, victu, & aliis tum neceſſariis, tum ſtatui & conditioni convenientibus; officium ſiquidem Tutoris eſt, ut talî modô res & bona pupilli adminiſtret, prout ſedulum ac diligentem Patremfamilias condecet. *L. generaliter 10. L. tutor 13. ſ. 1. L. à tutoribus 33. in princ. ff. de adminiſtr. & pericul. tutor.* interim tamen *7mò* in hac proviſione tum neceſſaria tum congruente præcavere debet omnibus inutilibus aut ſuperfluis expenſis, id enim exigit Tutoris obligatio, qua promittit, & cavet, res & bona pupilli ſalva ac integra fore. *tot. tit. inferiùs de ſatisdat. tutor.*

vel

Bey diser Gelegenheit wirdest du Erstlich fragen, weil ein Vormunder seine Macht und Gewalt so oftmal zu zeigen hat, was selber bey Käuffen, und Einbekommung deren Obligationen oder Verbindnussen, im Namen des Pflegkinds beobachten müsse?

Antwort: Nachfolgendes. 1.mò daß der Vormunder, da 9
er im Namen des Pupillen etwas kaufft, das Erkauffte für den Pupillen selbst erwerbe, wann selber schon nichts davon weiß. 2.dò daß er in der Einkauffung wohl fürsichtig und behutsam seye; dann obwohl ein Vormunder, der seinem Pupillen etwas einkaufft, gemeiniglich nicht der mittelmäßigen Schuld (culpæ levi) unterworffen ist, wann er jedoch dem Pupillen untaugliche Grundstück, entweders durch unruhmliche Weege, oder durch Gunst, oder grosse Nachläßigkeit erhandlet hat, so stehet wider ihne die Vormundschafts-Klag bevor. 3.tiò hat der Vormunder mit klaren Worten auszusprechen, ob er mit des Pupillen Geld in seinem oder des Pupillen Namen kauffe? dann wann der Vormunder auf Obrigkeitlichen Befehl in seinem Namen mit des Pupillen Geld einen Grund erhandlet, so stehet es hinnach in des Pupillen Willkur und Belieben, entweders den gekaufften Grund, oder aber das Geld besamt denen gehörigen Interessen zu begehren. 4.tò ist zu mercken, daß ein Vormunder um des Pupillen Geld nichts für sich selbst kauffe, dann was er immer mit dem Geld des Pupillen erhandlet, das gehöret niemals sein, sondern ist dem Pupillen allzeit besonders verpfändet, und stehet dem Pupillen hierwider die nutzliche Klag (actio utilis) bevor. 5.tò wann der Vormunder für eine im Namen des Pupillen erkauffte, nachgehends aber entwehrte oder eingelöste Sach die Strits-Schätzung aus seinem Beutl bezahlet hat, kan er im Namen des Pupillen, wider den Verkäuffer mit der Gewehrschafts- und Schadloßhaltungs-Klag verfahren, weil der Pupill selbst dem Vormunder um das ausgelegte Geld hafftet. 6.tò hat der Vormunder seinem Pflegkind nicht nur die nöthige sondern auch seinem Stand gebührende Kleydung, Kost, und andere Bedürftigkeiten zu verschaffen, dann das Vormundschafts-Amt bringet es mit sich, daß die Sachen und Güter des Pupillen also verwaltet werden, wie es einem fleißigen Haus-Vatter zustehet;

vel curator. & tot. tit. ff. rem pupill. vel adoleſcent. ſalv. for. Novell. 72. cap. ult. unde noſtra jura, Land-Recht *tit. 5. art. 7. ad fin.* ita loquuntur: doch hierinnen kein Ubermaß gebraucht, und da man ſolche verſpührte, in Rechnung nicht paßiert werden. *8vò* poteſt Tutor ex ſuis rebus aliquid emere pupillo in commoditatem vel neceſſitatem, dummodò juſtô ac ordinariô prætiô id fiat, cùm officium ſuum nemini debeat eſſe damnoſum. *arg. cap. cùm non deceat 30. de Elect. in 6.* Denique *9nò* Tutor omnia pro pupillo impenſa aut empta fideliter ſuis ratiociniis inſcribat, ut de illis rationem reddere poſſit. *L. in omnibus 1. in princ. & §. 3. ff. de tutel. & ration. diſtrab. L. tutores 24. Cod. de adminiſtr. & peric. tutor.*

Interrogabis *2dò* quid Tutorem circa pecunias pupilli mutuò elocandas obſervare oporteat?

10 R. Sequentia eidem attendenda eſſe; *1mò* quidem ut pecunia pupillaris talibus perſonis mutua detur, à quibus non imminet periculum amittendæ ſortis aut totius ſummæ; unde Juſtinianus in *Novell. 72. cap. 6. & 7. & in Authent. noviſſimè Cod. de adminiſtrat. Tutor.* elocationes pecuniæ pupillaris diſſuadere videtur. Jure tamen Patrio, *cit. tit. 5. art. 7.* ſi non præcipitur (ut *L. B. Schmid ibid. num. 20. ad fin.* ſupponit) ſaltem conſulitur tutoribus, ut in commodum pupilli pecunias elocent, verb: Sie ſollen auch die Paarſchaft und Varnuß nach beſten Nutz der Kinder anlegen, damit dieſelben Kinder jährliche Zins, oder andern zimlichen Genieß davon haben mögen, ꝛc. hac tamen mox in contextu inſinuata reſtrictione, ut inter plebeios non niſi cum conſenſu Magiſtratûs aut Judicis competentis ſimiles elocationes fiant, quod tamen Nobiles & privilegiatas Perſonas non concernit: doch daß bey Baurs- und gemeinen Burgers-Leuthen, ohne Vorwiſſen der Obrigkeit, nichts ausgelyhen, oder angelegt werde.

doch hat er 7.mò bey solcher Fürsehung der Nothwendigkeiten und Gebührnussen alle unnutze und überflüßige Ausgaben zu vermeyden, welches die Verbindung, durch welche er den Pupillen Schaden-frey zu halten versprochen, mit sich führet, dahero unsere Land-Recht *tit. 5. art.* 7. zu Ende also reden: doch hierinnen kein Uber-maß gebraucht, und da man solche verspührte, in Rechnung nicht paßiert werden. 8.vò kan ein Vormunder aus seinen eignen Sachen für den Pupillen etwas erkauffen, wann nur solches um billichen und gemeinen Werth geschihet, weil niemanden sein Amt schädlich seyn soll. Letztlich und 9.nò hat ein Vormunder alles für den Pupillen Erkaufftes und Ausgegebenes getreulich in das Rechnungs-Buch einzuschreiben, und hierüber Rechenschaft zu geben.

Andertens stellest du die Frag, was ein Vormunder bey Ausleyhung deren Pupillen-Geldern in Obacht nehmen müsse?

Antwort: Nachfolgendes. 1.mò und vor allen ist Obacht zu tragen, daß die Pupillen-Gelder solchen Personen gelyhen werden, bey welchen keine Gefahr eines wenigen oder wohl gar des gantzen Verlurfts zu beförchten stehet; dannenhero Justinianus in der 72sten Novell 6. und 7. Capitl, und anderwärtig, die Ausleyhung deren Pupillen-Geldern zu mißrathen scheinet, in denen Chur-Bayrischen Land-Rechten aber *tit. 5. art.* 7. wann es nicht gebotten (wie Herr Baron Schmid in der Auslegung alda *num. 20.* gegen dem Ende der Meynung ist) so wird doch wenigist denen Vormundern angerathen, zu Nutzen deren Pupillen die Gelder auszuleyhen: sie sollen auch die Paarschaft und Varmuß, nach besten Nutzen der Kinder anlegen, damit dieselben Kinder jährliche Zins oder andern zihmlichen Genieß davon haben mögen ꝛc. Jedoch mit dem gleich darauf folgenden Anhang, daß die Ausleyhung bey denen gemeinen Leuthen nicht anderst als mit Consens der ordentlichen Obrigkeit geschehe, woran aber der Adel und privilegierte Personen nicht gehalten seynd: doch daß bey Baurs- und gemeinen Burgers-Leuthen, ohne Vorwissen der Obrigkeit, nichts ausgelyhen, oder angelegt werde.

2.dò.

2dò Tutor non modò aliis pecunias pupillares elocare, ſed & ſibimet ipſi mutuas accipere, & ſe debitorem talis pecuniæ pupillo ſcribere poteſt, *L. quoties tutor 9. ſſ. non tantùm 7. ff. de adminiſtr. & pericul. tutor.* ita tamen, ut eo caſu ad præſtandas uſuras obligetur. *L. tutor, qui 7. ſſ. vertiſſe 5. ff. eod.*

3tiò itaque invigilet Tutor, ne pecunias pupillares in ciſta otioſas & abſque fructu jacere ſinat; ſi enim, cùm abſque amiſſionis periculo elocare potuiſſet, illas ad uſuras permiſſas non dederit, lucrum ceſſans Pupillo reparare tenetur, ſi autem eidem reſarciendo idoneus non ſit, extra ordinem coercebitur. *L. ob fœnus 49. ff. de adminiſtr. & peric. tutor.*

4tò neque excuſabitur Tutor ab hac lucri ceſſantis reparatione, ſi prætendat, ſe ideò ceſsâſſe pecuniam pupillarem elocare, & pro uſuris mutuam dare, eò quòd idonea Nomina non invenerit, quando arguitur intereà ſuam propriam pecuniam benè elocâſſe. *L. tutor 13. ſſ. non eſt audiendus 1. ff. eod.* Tutores enim vel Curatores, cùm conditio exiſteret pupillis acquirendi, ſi non acquiſiverint uſuras vel ſimilia commoda, tenentur pupillis de tali lucro amiſſo. *L. quidquid 7. Cod. Arbitr. Tutel.* quòdſi tamen Tutor legitimè probaverit, ſe pupillarem pecuniam neque idoneis hominibus credere, neque in emptionem poſſeſſionum convertere potuiſſe, ratione lucri ceſſantis ad nihil tenetur. *L. ſi pecuniam pupillarem 2. Cod. de uſur. pupillar.*

5tò quamvis autem ex adductis Tutor pecuniam pupilli ad licitas uſuras acquirendas mutuò collocare debeat, fœnerari tamen eâdem non oportet; cùm enim ſuo nomine fœnus exercere ipſi non liceat, nec nomine pupilli eidem id permiſſum eſt, conſequenter ſi Tutor pecuniam pupillarem licitè credere nequeat, potiùs pupillo vacare permittet. *L. cùm plures 12. ſſ. fin. ff. de adminiſtrat. & peric. tutor.*

6tò ſi duo plurésve Tutores ſint, tunc unus abſque Conſenſu alterius vel reliquorum pecunias pupillares mutuò elocare non poteſt, quod enim omnes tangit, ab omnibus approbari debet. *Cap. 29. de Reg. Jur. in 6.* Unde etiam noſtra, Statuta Bavarica, Land-Recht

tit.

2. dò kan ein Vormunder nicht nur die Pupillen-Gelder andern ausleyhen, sondern auch ihme selbst zu leyhen nehmen, und sich dem Pupilln hierum für einen Schuldner einschreiben, doch daß er davon die Zinsen richtig abreiche.

3. tiò hat der Vormunder Obsorg zu tragen, daß die Pupillen-Gelder nicht tod in dem Kasten verligend bleiben, dann wann er, ohne Gefahr etwas zu verliehren, selbe nicht auf Capital gelegt, ist er dem Pupill den entgehenden Gewinn zu ersetzen schuldig, da er aber dises zu thun nicht vermag, einer willkürlichen Straff unterwürffig.

4. tò dienet auch dem Vormunder zu keiner Ausflucht, wann er vorwendet, destwegen des Pupillen Gelder nicht ausgelyhen zu haben, weil er keine sichere Oerther hiefür gewust, wann er, indessen seine eigne Gelder gut angelegt zu haben, angeklagt wird, dann die Vormunder und Treustrager, wann denen Pupillen etwas gewonnen werden könte, und sie solches unterlassen haben, seynd schuldig denen Pflegkindern den entgehenden Gewinn gutzumachen. Im Fall aber jedoch ein Vormunder rechtmäßig beweisen möchte, daß er die Pupillen-Gelder an keine gesicherte Ort ausleyhen, oder zu Erkauffung einiger Güter nutzbar nicht hätte anbringen können, so ist er zu Ersetzung des entgangenen Gewinns nicht verbunden.

5. tò obwohl aber ein Vormunder die Pupillen-Gelder auf erlaubte Zinnß zu legen hat, so solle er doch darmit nicht Wucher treiben, dann weil er in seinem Namen nicht wuchern darff, so kan auch im Namen des Pflegkinds ein solches nicht verübet werden; daherv wann die Gelder nicht mit Gerechtigkeit anzubringen möglich ist, können selbe todt und frey ligend verbleiben.

6. tò wann zwey oder mehrere Vormunder verhanden, kan einer ohne Einwilligung des andern, oder deren übrigen, keine Gelder ausleyhen, weil, was alle angehet, auch von allen gutgeheissen werden muß, worinnfalls unsere Land-Recht *tit. 5. art. 8.*

tit. 5. art. 8. præcipiunt, pluribûs exiſtentibûs Tutoribûs id præhabendum eſſe, in quod major pars inclinat, ſi verò duo tantum ſint, unum ſine alterius conſenſu nil agere poſſe, ubi pupilli notabiliter intereſt; etſi verò Tutor à conſentiente Contutore pecuniam pupillarem mutuò accipere poſſit, ſolitas tamen legitimásque uſuras ſolvere obligatur. *L. non exiſtimo 54. ff. de adminiſtr. & pericul. tutor.*

7mò cùm ſecundùm ſuperiùs dicta nullus Tutorum, pecuniam pupillarem mutuò elocare, de Jure communi adſtringatur, licèt laudabiliter agat, ſi cum debita ſecuritate operetur, circa hoc ipſum tamen ſibi benè attendat Tutor, ſi enim mutuaverit, ſciendum eſt, quòd tunc habeat quidem duorum menſium per ſingulos annos inducias, hoc quod leges laxamentum vocant; ſciat autem, mutui periculum ad Tutorem venturum. *Novell. 72. cap. 6.*

8vò Attendat Tutor, ut, ſi debitor mutuas pecunias intra tempora præfinita exſolvere velit, eas confeſtim accipiat, quia ſi moras fecerit, curſum uſurarûm impedit, non enim tempore moræ, cujus cauſa Tutor exſtiterit, debitor uſuras perſolvere tenetur, ſicut etiam, ſi debitor ob moram Tutoris ſortem depoſuerit. *L. ſi per ſe non ſtat. 9. Cod. de uſur.* Et ſic damnum emergens ob lucrum ceſſans imputabitur Tutori.

9nò Inſuper caveat Tutor, ne ipſemet pupillo pecunias mutuò præbeat, aut ab illo ſtipuletur, quia, ſi clàm ita mutuaverit, pupillus non obligatur Tutori, niſi in quantum factus eſt locupletior. *L. pupillus 5. ff. de Authorit. & Conſenſ. Tutor.*

10mò Si Tutor cum pecunia pupillari plura nomina contraxit, finitâ tutelâ Pupillus aut omnia agnoſcere, aut omnia repudiare debet; ſive ſuo, ſive pupilli nomine Tutor credidiſſet. *L. cùm quæritur 16. ff. de adminiſtrat. & peric. tutor.*

11mò

verordnen: wo unvogtbaren Kindern mehr dann zween Vormunder ꝛc. gesetzt seyn, was dann der mehrer Theil mit der Pflegschaft handlet, ohn dem mindern Theil, das soll Kraft haben. Wann aber der Pfleger nur zween wären, so mag einer ohn dem andern nichts handlen, daran den Kindern sonders mercklich gelegen ist. Wann auch ein Vormunder mit Consens seines Neben-Vormunders Pupillen-Gelder zu leyhen nimmet, so muß er doch die gewohnliche und rechtmäßige Interesse darvon reichen.

7.mò weil, wie wir oben gesehen, nach dem gemeinen Recht kein Vormunder die Pupillen-Gelder auszuleyhen gezwungen, ob es schon lobenswürdig ist, wann er sie mit gehöriger Sicherheit ausleyhet, so hat ein Vormunder deßhalb wohl Acht zu haben, massen, wann er solche ausgelyhen, zu wissen ist, daß er alsdann zwar alljährlich zwey Monat Verzug oder Innstand habe, welches die Rechte eine Erlassung nennen, doch wisse er, daß die Gefahr des ausgelyhenen auf ihne falle.

8.vò hat ein Vormunder, wann der Schuldner das vorgelyhene Geld inner der bestimmten Zeit zuruck zahlen will, solches alsogleich anzunehmen, weil, wann er solches verschiebet, der Lauff der Zinnsen hierdurch gehemmet wird, dann von der Zeit eines solchen Verschubs, woran der Vormunder Schuld tragt, ist der Schuldner die Interesse zu geben nicht mehr gehalten, und fallet der entstehende Schaden wegen dem entgehenden Gewinn dem Vormunder über den Halß.

9.nò gebe ein Vormunder auch Achtung, daß er dem Pupillen nicht selbst Gelder leyhe, dann wann solches in Geheim geschiehet, so ist der Pupill dem Vormunder nicht verbunden, ausgenommen, in soweit er hierdurch reicher geworden.

10.mò wann der Vormunder die Pupillen-Gelder an mehrere Ort geleget, muß nach Ende der Vormundschaft der Pupill entweders alle solche Ausleyhungen erkennen, oder alle verwerffen, sie seyen im Namen des Pupilln, oder des Vormunders geschehen.

11mò denique cavendum Tutori, ne, ſi mutuavit pecûniam, Pupillo quondam ſuo aut Curatori ejus mandet, ut approbet mutuum, vel ſuſcipiat, vel ſolutionem diutiùs exſpectet, quia hoc faciens, etiam finitâ tutelâ, talis tutor teneretur mandati. *L. ſi verò 12. ff. idem ait 15. ff. Mandat. vel Contr.*

Sciſcitaberis *3tiò* quid Tutori circa alienationem rerum pupillarium attendendum ſit?

11 R. ea, quæ ſequuntur. *1mò* Tutor prædia ruſtica vel urbana pupilli alienare nequit. *L. Imperatoris 1. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. &c.* hic bona immobilia alienans, ſeu vendens &c. quoad alienationem nil agit, & ut ſuſpectus à tutela removeri poteſt. *L. tutor quoque 3. ſ. Severus 13. ff. de ſuſpect. tutor.*

2dò quamvis autem ordinariè Tutores bona immobilia alienare nequeant, id tamen poſſunt cum Decreto Judicis ſeu Magiſtratûs, *L. quæ tutores 22. Cod. de adminiſtrat. tutor.* ſine cujus Decreti interpoſitione alienatio non valet. *Text. h.* Circa hoc Jura noſtra Boica ita loquuntur, Land-Recht *tit. 5. art. 7.* und wo die Nothdurft erfordern wurde, unbewegliche oder ligend Haab oder Gûter zu verkauffen oder zu verändern, das ſoll durch Erkanntnuß der Obrigkeit, auf Vermeldung und Anzeigung der Urſachen geſchehen, doch wo der Pflegkinder Gûter vererbrecht, oder verleibt geweſen, mögen ſie es ohne ſondere Erkanntnuß der Obrigkeit wieder vererbrechten, oder zween Leib geben, oder ſonſten verſtiffren, auf Maß und Geſtalt ſie zuvor verſtifft geweſen, mit beſſerem Nutz der Pflegkinder. Aber ein Gut von neuem anders zu verſtiffren, als es zuvor verſtifft worden, haben ſie nicht Macht, ohne Vorwiſſen der Obrigkeit. Et hæc tam de Jure Communi, quàm Bavarico dicta adeò procedunt, ut non obſtante denunciatione, à Matre emptoribus, ne emerent, facta, ſi Tutor ex juſta cauſa rem pupilli immobilem cum Decreto Judicis vendiderit, venditio talis valeat, licèt in caſu, quo Minor læſus fuiſſet, in integrum reſtitueretur. *L. Tutor 47. ff. de minorib. viginti quinque ann.*

11.mò endlich hiette sich ein Vormunder, daß, wann er solcherley entlyhen, er seinem gewesten Pflegkind oder dessen Treustrager nicht befehle, solches Darlehen zu bekräfftigen, anzunehmen, oder die Bezahlung zuverschieben, weil ein Vormunder, der dises thäte, auch nach Endung der Vormundschaft durch die Vollmachts-Klag hierzu gehalten wurde.

Drittens fragest du, was bey Veräusserung deren Gütern des Pflegkinds ein Vormunder in Obacht zu nehmen habe?

Antwort: Das jenige, was folget. 1.mò kan ein Vormunder weder die Stadt- noch Land-Güter seines Pflegkinds veräussern, dahero wann er unbewegliche Güter veräussert, oder verkaufft, ꝛc. ist solches ungültig, und er als verdächtig von der Vormundschaft abzusöndern. 11

Obwohl aber insgemein die Vormundere die unbewegliche Güter nicht veräussern können, so mögen sie doch solches mit Wissen und Erkanntmuß der Obrigkeit thun, ausser dessen die Veräusserung ungültig ist. Hierüber reden die Bayrische Land-Recht *tit. 5. art. 7.* nachstehender massen: und wo die Nothdurft erfordern wurde, unbewegliche oder ligend Haab oder Güter zu verkauffen oder zu verändern, das soll durch Erkanntnuß der Obrigkeit, auf Vermeldung und Anzeigung der Ursachen geschehen, doch wo der Pflegkinder Güter vererbrecht, oder verleibt gewesen, mögen sie es ohne sondere Erkanntnuß der Obrigkeit wieder vererbrechten, oder zween Leib geben, oder sonsten verstifften, auf Maß und Gestalt sie zuvor verstifft gewesen, mit besserem Nutz der Pflegkinder. Aber ein Gut von neuem anderst zu verstiffen, als es zuvor verstifft worden, haben sie nicht Macht, ohne Vorwissen der Obrigkeit. Und dises hat sowohl nach gemeinen als Bayrischen Rechten solcher massen statt, daß, wann schon die Mutter denen Käuffern die Ankünd- oder Untersagung gethan hätte, daß selbe nicht kauffen sollen, der Kauff jedannoch gültig seye, wann der Vormunder aus billicher Ursach auf erhaltene Obrigkeitliche Erkanntnuß eine Pupillarische Sach verkaufft hat, jedoch also, daß der Pupill, wann er durch solchen Verkauff übervortheilet worden, in vorigen Stand wieder eingesetzt werden müste.

Sicut autem *3tiò* nulla Regula ſine exceptione, ita etiam quoad venditiones rerum immobilium limitatio datur, vi cujus etiam quandoque abſque Decreto Judicis Tutor rem pupillarem vendere, ac alienare poteſt. Sic licet Tutoribus alienare prædia ruſtica vel ſuburbana pupillorum etiam abſque Decreto Judicis, ſi hoc ipſis in Teſtamento ſuit conceſſum, aut commiſſum. *L. Imperatoris Severi 1. ſſ. & ſunt 2. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. &c.* in quo tamen caſu Tutoribus attendendum eſt ad formam alienandi in teſtamento datam, contra hanc enim vendere nequeunt, juxta *L. tutelam 7. Cod. de adminiſtr. Tutor.* quin imò hæc facultas alienandi rem pupillarem, Teſtamentô vel Codicillis Tutori permiſſa, in tantum extenditur, ut alienatio abſque Decreto Judicis ſubſiſtat, etiamſi poſteà appareat Teſtamentum irritum. *L. Paulus fin. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. &c.* Pariter Tutores alienare poſſunt prædia ruſtica vel ſuburbana pupillorum, quando tantum eſt æris alieni pupillo, ut illud ex cæteris rebus ſolvi nequeat; quo caſu tamen Judex adeundus eſt, qui pro ſua Religione æſtimet, quæ alienari poſſint, quæve obligari debeant, manente actione pupillo, ſi poſteà potuerit probari, per mendacium impetratam fuiſſe à Judice alienationem. *cit. L. Imperatoris Severi 1. ſ. 2.*

4tò permiſſum eſt Tutori abſque Decreto Judicis vendere res pupilli, quæ ſervari non poſſunt, non tamen res hæreditarias intra tempus ſibi ad deliberandum nomine pupilli datum, licèt ſervabiles non ſint. *L. ait. Prætor 7. ff. de jur. deliberand.* quod in Bavaria eò uſque porrigitur, ut Tutores etiam ſupellectilem alienare valeant. Land-Recht *tit. 5. art. 7.* Sic etiam de Jure Communi Tutoribus abſque decreto Judicis vendere licet animalia ſupervacua, aut veſtes, quæ uſu detritæ, ſeu corruptæ, ſervandô ſervari nequeunt, neque pro his datur reſtitutio, *L. lex, quæ 22. Cod. de adminiſtr. tutor.* item fructus rerum minoris, eo tamen pretio, quod currit in loco, in

quo

Gleichwie aber 3tiò keine Regul ohne Ausnahm ist, also kan ein Vormunder auch jezuweil ohne Obrigkeitliche Erkanntnuß eines Pupillen Sach verkauffen, und veräussern. Also ist denen Vormundern erlaubt, die auf dem Land oder in einer Vorstadt gelegene Güter der Pflegkindern ohne der Obrigkeit Erkanntnuß zu veräussern, wann ihnen solches in dem Testament gestattet, oder aufgetragen worden, in welchem Fall aber sie Vormundere gleichwohl auf die in dem Testament vorgeschriebene Veräusserungs-Art und Form Acht haben müssen, als wider welche dieselbe nichts thun, oder handlen dörffen. Und dise einem Vormunder durch Testament gegebene Veräusserungs-Erlaub oder Auftrag erstrecket sich so weit, daß die Veräusserung auch ohne Obrigkeitliche Erkanntnuß Platz greiffet, wann schon hinnach das Testament für ungültig erkennet werde. Weiters mögen von denen Vormundern die auf dem Land oder in Vorstädten ligende Grundstücke auch verkaufft werden, wann der Pupill also überschuldet ist, daß von dessen übrigen Sachen die Bezahlung nicht geschehen könne; jedoch müssen die Vormundere in solchem Vorfall die Obrigkeit belangen, damit dieselbe entscheide, und auszeige, was zu veräussern seye, und verbleibet dem Pupillen das Recht, wann hinnach gezeiget werden könte, daß die Veräusserungs-Bewilligung von der Obrigkeit durch Betrug oder Unwahrheit heraus gelockt worden seye.

4.tò kan ein Vormunder ohne Obrigkeitliche Erkanntnuß jene Sachen, so nicht aufbehalten werden können, gleichwohl aber nicht die Erbschafts-Sachen unter der Zeit, die ihme im Namen des Pupillen zu Uberlegung gegeben worden, ob sie schon nicht aufzubehalten wären, verkauffen, welches in Bayrn, Besag Land-Rechts *tit. 5. art. 7.* so weit verstanden wird, daß die Vormunder auch den Haußrath veräussern können. Also mag auch ein Vormunder nach gemeinem Recht ohne der Obrigkeit Erkanntnuß das überflüßige Vieh, oder die Kleyder verkauffen, welche durch den Gebrauch abgetragen, oder verdorben, oder ansonst nicht aufbehaltlich seynd, und hierüber ist dem Pupillen keine Wiedereinsetzung (restitutio) übrig; ingleichen die Früchten von des Pupillen

Sachen

quo distrahuntur. *L. fin. §. ult. Cod. eod.* Unde si periculum instet, ne res pereant, & plures sint Tutores, Tutor ad vendendas res pupillares tempore taliter perituras non tenetur, nec debet expectare Contutores dissentientes, vel etiam se excusare volentes. *L. tutor, qui 7. §. 1. ff. eod.* Res tamen mobiles, servandô servabiles, v. gr. aurum, argentum, gemmas, vestes, cæteráque mobilia pretiosa absque Judicis Decreto non alienet. *dict. L. lex, quæ 22. Cod. de administrat. tutor.*

5tò Attendat Tutor, ut res pupilli tempore perituras nec nimis præcipiti festinatione, nec moratoria cunctatione, sed cum quodam spatio moderato vendat, cùm aliàs ipsi periculum immineat *cit. L. Tutor, qui 7. §. 1. ff. de administr. & peric. tutor.* Caveat pariter, ne absque necessitate aut periculô interitûs res pupillares facilè in pecuniam redigat, quia ipsius pecuniæ fœnerandi usus vix continuus, vix diuturnus & stabilis est, & sæpè intercidente pecunia ad nihilum patrimonia Minorum deducuntur, ut ait *L. lex quæ 22. in fin. Cod. de administr. Tutor.*

6tò Tutor rem pupilli justè venditam sibi licitè retinet, si emptor pretium pro ipsa non solvit, & Tutor id de suo in utilitatem pupilli convertit; *L. Tutor rerum 56. ff. de administr. & peric. tutor.* licèt aliàs regulariter Tutor res pupillares sui pupilli emere non debeat, circa quod tamen Jure Patrio aliqua limitatio locum invenit, quæ in Land-Recht *tit. 5. art. 15.* his verbis insinuatur: Es mag kein Vormunder oder Versorger, in der Zeit der Vormundschaft, die Haab oder Güter, der er Vormunder ist, weder durch sich selbst, noch durch einig andere Mittels-Persohn kauffen. Es werde ihm dann solches durch die Obrigkeit wissentlich vergunt, oder aus Befelch derselben, der Pfleg-Kinder fahrende Haab, offentlich durch geschworne Käuffel, männiglichen feil gebotten, und verkaufft.

7mò

Sachen, jedoch um jenen Preiß, welcher damals an dem Ort herkommens ist, wo sie verkaufft werden. Wann demnach die Gefahr anscheinete, daß solche Früchten oder andere Sachen verderben möchten, und mehrere Vormunder wären, so kan ein Vormunder unter solcher Zeit, da es dem Verderben am nähisten gleich siehet, ohne die andere Mit-Vormunder oder ihre Einstimmung zu erwarten, zur Verkauffung schreitten, solcherley Sachen aber, welche unverderblich aufbehalten werden mögen, als Gold, Silber, Geschmuck, Kleyder, und andere bewegliche kostbare Stück, solle er ohne Obrigkeitliche Erkanntnuß nicht veräussern.

5.tò Seynd solche Sachen, die verderben könten, von denen Vormundern weder zu fürеylig noch auch zu langsam, sondern mit Maß und Zihl zu verkauffen, ausser dessen die Verantwortungs-Gefahr auf sie kommet; beynebens sollen dieselbe sich hietten, ohne Noth oder Verderbungs-Gefahr die bewegliche Sachen des Pflegkinds leichtlich zu Geld zu machen, weil der Gebrauch des wucherischen Gelds selten daurhafft, lang und beständig ist, und oftmal durch Verschlag des Gelds das Vermögen deren Pupillen geschwächet wird.

6.tò mag ein Vormunder eine des Pupillen auf gerechte Weiß verkauffte Sach für sich behalten, wann der Käuffer den Werth darfür nicht bezahlet, und solchen der Vormunder selbst von dem Seinigen zu Nutzen des Pflegkinds anwendet; obwohl ansonst gemeiniglich ein Vormunder die Sachen seines Pflegkinds nicht kauffen solle, über welches doch nach unseren Bayrischen Land-Rechten, *tit. 5. art. 15.* zu ersehen, folgende Einschränckung beschiehet: Es mag kein Vormunder oder Versorger, in der Zeit der Vormundschaft, die Haab oder Güter, der er Vormunder ist, weder durch sich selbst, noch durch einig andere Mittels-Person kauffen. Es werde ihm dann solches durch die Obrigkeit wissentlich vergunt, oder aus Befehl derselben, der Pflegkinder fahrende Haab, offentlich durch geschworne Keuffel, männiglichen feil gebotten und verkaufft.

7mò Tutor, ſi quid dolô fecit, vendendô vel permutandô rem pupilli majorî pretiô, poteſt pupillo adversùs ipſum experienti objicere exceptionem doli à ſe commiſſi, ex illóque contractu in tantum agere, in quantum pupillus ex dolo Tutoris factus eſt locupletior. *L. apud celſum 4. ſ. illa etiam 23. ff. de dol. mal. & met. except.*

8vò Abſtineat Tutor à largitate in dandis muneribus ex rebus pupillaribus, cùm poteſtatem non habeat eas donandi, & ſi donaverit, dominium illarum à poſſidentibus vindicari poſſit. *L. non omni 16. Cod. de adminiſtr. Tutor.*

9nò Caveat itidem Tutor, ne res pupillares pluris juſtô pretiô vendat; ſi enim taliter vendiderit, ipſemet, non verò pupillus emptori actione ex empto tenetur. Quòdſi pupillus Tutore authore rem pluris per dolum vendiderit, pupillus quidem ex illo contractu in tantum, in quantum locupletior factus fuerit, in reſiduum autem Tutor obligatur perpetuò, etiam adminiſtratione depoſita. *L. Julianus 13. ſ. ſed cùm in facto 7. ff. de action. empt. & vend.*

10mò Res pupilli, ſi quam Tutor ſurripuerit, & vendiderit, uſucapi non poteſt, priusquàm in poteſtatem pupilli denuò pervenerit, *L. qui fundum 7. ſ. ſi tutor 3. ff. pro emptor.* prout etiam, ſi Tutor rem aliquam abſque Judicis decreto, in ordine ad alienationem requiſito, vendiderit, Minor eam revocare poteſt, *L. etſi is, quem 9. Cod. de præd. & al. reb. minor. &c.* niſi præſcriptio, vel ratihabitio poſt majorem ætatem interveniſſet. *L. ſi ſine decreto 2. Cod. ſi major fact. alienat. fact. &c.*

11mò Invigilare Tutorem oportet, ut debitis temporibus Canonem de bonis pupilli emphytheuticis ſolvat, Tutori enim imputatur, ſi res emphyteutica pupilli ob non ſolutum Canonem ad Dominum directum redeat. *L. ſi tutoris 23. Cod. de adminiſtrat. tutor.*

7.mò wann der Vormunder in Verkauffung oder Vertauschung einer Pupillarischen Sach um zu hohen Werth betrüglich gehandlet, kan er dem wider ihme deßwegen Klag führenden Pupillen die Einred eines Betrugs vorwerffen, und entgegen setzen, so fort in Kraft des nemlichen Contracts wider den Pupillen in so weit, als diser hierdurch vermöglicher worden ist, verfahren.

8.vò Enthalte sich ein Vormunder, in Schanckungen freygebig zu seyn, weil er nicht im Gewalt hat, des Pflegkinds Sachen zu verschencken; so er sich aber hiewider vergreiffet, können die verschenckte Sachen von denen Besitzern zuruck erhollet werden.

9.nò. gleichfals hiette sich ein Vormunder, das er die Sachen des Pupillen nicht höher, als um billichen Werth verkauffe, dann in solchem Fall ist der Vormunder selbst, und nicht der Pupill dem Kauffer den Schaden zu erstatten schuldig. Wann aber der Pupill selbst mit Autorität des Vormunders eine Sach über den billichen Preyß verhandlet hat, so muß der Pupill in so weit, als er hierdurch reicher geworden, um den Rest aber der Vormunder beständig, auch nach abgelegter Vormundschaft, hafften.

10.mò Wann ein Vormunder eine Sach seines Pupillen heimlich entwendet, und verkaufft hätte, so kan solcher Sach Nutz und Gewehr nicht ersessen werden, ehe und bevor sie in des Pupillens Gewalt wider gekommen seye, eben wie auch eine Sach, welche von dem Vormunder ohne Belangen und Erkanntnuß der Obrigkeit verkaufft worden, von dem Pupillen zuruck geruffen werden kan, ausgenommen, es wäre die Verjährung oder Bekräfftigung nach erlangtem vogtbaren Alter entzwischen gekommen.

11.mò muß ein Vormunder aufmercksam seyn, daß er zu rechter Zeit die Schuldigkeiten von des Pflegkinds Leib- Lehen- Erb- Rechts oder dergleichen Gütern abstatte, dann wann wegen Verschub solcher Abstattung ein Gut dem Herrn anheim fallet, muß der Vormunder hierum stehen.

12mò Si Tutor rem ſuam, tanquam rem pupilli, alicui tradidit, nulla eſt alienatio, nec dominium ejus ab illo receſſiſſe videtur, quia nemo errans rem ſuam amittit. *L. ſi procurator 35. ff. de adquir. rer. domin.*

13tiò Pignori rem pupilli obligare pariter prohibetur tutor, niſi pecunia in utilitatem pupilli recepta ſit. *L. tutor 16. ff. de pignorat. action. & L. Curator 3. Cod. ſi alien. res. pign. dat. ſit.*

14tò Similiter pro facto vel contractu ſuo proprio Tutor rem pupillarem obligare nequit, nec id præjudicat pupillo, niſi legitimæ ætatis effectus obligationem approbet. *L. ſi in rem 7. Cod. eod.*

Requires *4tò* quæ Tutori circa defenſionem Pupilli, aut rerum ejusdem incumbant?

12 R. incumbere eidem ſequentia. *1mò* Tutor vi ſui officii debet Pupillum defendere, ita quidem, ut ad hoc etiam cogi poſſit; tenetur namque defendere, ac reſpondere pro pupillo, *L. eum, qui res 3. Cod. de Procurator.* & per conſequens lites & actiones pupillorum activè & paſſivè ſuſtinere, *L. tutor 35. in princ. ff. de jurejur.* & *L. mandato 60. ff. de Procurator.* cùm omne illud judicium nullum ſit, in quo pupillus aut minor non defenditur. *L. jusjurandum 17. ſ. pupillus 1. ff. de jurejur. L. cùm & minores 4. Cod. ſi adversùs rem judic. &c. L. ſi cùm eſſet 1. Cod. qui legitim. perſon. ſtand. in jud. hab. L. clarum 4. Cod. de authorit. præſtand. L. acta 45. ſ. fin. & L. contra pupillum 54. ff. de re judicat. L. neque impuberes 22. ff. de in jus vocand.* Hæc obligatio defendendi pupillum etiam Jure Bavarico Tutoribus injuncta eſt, Land-Recht *tit. 5. art. 7. verſ.* auch haben ꝛc. hac tamen mox annexa cautela, ut ante talem defenſionem ſecuritatis & indemnitatis causâ prævie Jurisperitos interrogent, & conſulant, verb: doch daß ſie zuvor Rechts-Verſtändiger Rath pflegen, die Kinder, und derſelben Haab, in Recht zu vertretten, ihrenthalb durch ſie ſelbs, oder ihr vollmächtige Anwälde zeklagen und zeantworten. ꝛc.

12mò wann ein Vormunder eine eigene Sach, alswann selbe dem Pupillen gehörte, einem andern übergibt, so ist solches keine Veräusserung, sondern es verbleibt ihme das Eigenthum, weil durch Irrthum keiner seine Sach verliehret.

13tiò kan ein Vormunder keine Sach seines Pupillen verpfänden, ausgenommen, es seye das Geld zu Nutzen des Pflegkinds gebraucht worden.

14tò Eben also mag ein Vormunder für sein eigene Handlung keine Pupillarische Sach einem andern verbindlich machen, und schadet eine solche Verbindung dem Pupillen nicht, auser er thäte dieselbe bey erlangtem rechtmäßigen Alter bestättigen.

Viertens wirst du erforschen, was einem Vormunder bey Beschützung der Person und Sachen seines Pflegkinds oblige?

Antwort: das jene, was folgt. 1mò muß ein Vormunder 12
seinen Pupillen zu Folge seines Amts beschützen, also zwar, daß er hierzu gezwungen werden könne, dann er ist schuldig solchem Schutz zu leisten, und für ihne zu antworten, folglich alle Strit-Händel des Pupillen ohne Ausnahm zu übernehmen, und zu vertretten, weil alle solche Gericht und Proceß null und nichtig seynd, in welchen ein Pupill oder Minderjähriger nicht beschützet wird. Dise Schuldigkeit den Pupillen zu beschützen, wird denen Vormundern auch in denen Bayrischen Land-Rechten *tit. 5. art.* 7. anbefohlen, mit diser beygesetzten Fürsorg, daß ein Vormunder vor solcher Beschützung oder Antritt eines Streit-Handels, Sicherheits und Schadloßhaltungs willen, Rechts-Gelehrte zu Rath nehmen solle: doch daß sie zuvor Rechts-Verständiger Rath pflegen, die Kinder, und derselben Haab im Recht zu vertretten, ihrenthalb durch sie selbs, oder ihr vollmächtige Anwälde zeklagen und zeantworten, ꝛc.

2dò Tutor non ſolùm ſimpliciter aut obiter pupillum ſuum defendere, ſed omni meliori modo id præſtare debet; imprimis enim hoc ejus officio & obligationi ex neceſſitate, & non ex pura ac mera voluntate incumbit, *L. in omnibus 1. ff. de tutel. & ration. diſtrahend.* dein etiam Tutor non videtur rectè defendere, ſi non faciat ea, quæ faceret quilibet legitimus defenſor. *L. generaliter 10. ff. de adminiſtr. & pericul. tutor. & L. à tutoribus 33. in princ. ff. eod.* Unde in defendendo pupillo ad præſtandum dolum & culpam Tutor obligatur, *cit. L. in omnibus 1.* tantam enim in rebus pupillaribus litigioſis diligentiam adhibere debet, quantam in rebus propriis, *dicta L. in omnibus 1. ff. de tutel. & ration. diſtrab.*

Sufficit tamen *3tiò* ſi vel Tutor ipſe per ſe defendat pupillum, vel pupillo ſemet defendenti authoritate ſua præſtò ſit, neque tenetur præſtare Cautionem de judicatum ſolvi, ad quàm aliàs defenſores obligantur, neque cavere de rato, niſi quando dubitatur, an Tutor ſit, aut an ei tutela commiſſa ſit. *L. gerere 1. §. 1. ff. de adminiſtrat. & pericul. tutor. Gloſſ. in L. item eorum 6. §. fin. ff. quod cujuscunque univerſ. nomine &c. verb. dubitetur.*

4tò Quamvis autem Tutores, ut diximus, omni meliori modo pupillos tueri obligentur, prout tempore ſuæ creationis ſpecialiter & expreſsè promittere debent, quòd defenſionem Minorum ſine dilatione ulla ſuſcipiant, *L. ſancimus fin. §. omnem 4. Cod. de adminiſtrat. tutor.* quod ipſum in Bavaria Tutoribus incumbit, vi Land-Rechts *tit. 5. art. 9.* hæc tamen defenſio ut juſta ſit, & conſcientioſa, requiritur, ſi enim cauſa pupilli injuſta aut mala foret, Tutor Judici veritatem denunciare tenetur, *L. quoties 9. §. nec utique 6. & ibi Gloſſ. verb. denunciare ff. de adminiſtr. & peric. tutor.* & Tutor à Creditore conventus, ſi ſupervacaneam malámve litem protegendam ſuſcepit, honoraria & litis expenſas pupillo imputare nequit, *cit. L. quoties 9. §. 6.*

2dò ist ein Vormunder verbunden, seinen Pupillen nicht nur überhaupts oder obenhin, sondern nach aller bessern Möglichkeit zu beschützen, dann ein solches stehet seinem Amt nicht bloß aus freyem Willen, sondern aus Nothwendigkeit zu, und leistet ein Vormunder dem Pflegkind nicht nach seiner Schuldigkeit Schutz, wann er jenes nicht thut, was ein rechtmäßiger Beschützer zu thun hat; dahero er in solcher Beschützung für allen Betrug und Schuld gut zu stehen verbunden ist, indeme ein Vormunder in strittigen Fällen und Händlen des Pupillens eben so guten Fleiß anwenden muß, als er in seinen eigenen Geschäften gebrauchen wurde. Jedoch ist

3tiò zu solcher Beschützung genug, wann der Vormunder selbst, und durch sich selbst dem Pupillen beschützet, oder dem sich selbst beschützenden Pflegkind mit seiner Authorität und Macht beystehet; es ist auch ein solcher Vormunder weder gehalten, Borgschaft zu leisten, daß er dem Bschaid gnugthun wolle, welche doch andere Beschützere zu leisten haben, noch für die Genehmhaltung Versicherung zu thun, oder gutzustehen, ausgenommen, wann gezweiflet wird, ob er würcklich Vormunder, oder ihme die Vormundschaft übertragen seye.

4tò obwohl nun die Vormunder das Pflegkind auf alle mögliche Art beschützen müssen, wie sie auch solches bey Annehmung der Vormundschaft ausdrucklich versprechen, daß sie die Beschützung deren Pupillen ohne allen Aufschub übernehmen wollen, und es ihnen nach denen Bayrischen Land-Rechten *tit. 5. art. 9.* gleichfalls obliget, so muß jedoch eben dise Beschützung gerecht und gewissenhaft seyn, dann wann es einen ungerechten oder üblen Handel betreffete, so ist der Vormunder schuldig, bey der Obrigkeit die Wahrheit anzudeuten, und kan in dem Fall, da er von einem Glaubiger des Pupillen mit Recht geklagt wird, und einen ungerechten Stritt zu verfechten auf sich genommen hat, dem Pflegkind die Stritts-Unkosten nicht aufrechnen.

5tò

5tò Cavendum Tutori, ne litem circa rem pupilli cœptam recuſet, aut ſubire differat; fieret enim ſuſpectus, & à Tutela removendus foret, damnúmque de proprio reſarcire deberet, *dict. L. ſancimus fin. in princ. Cod. de adminiſtrat. tutor.* & inſuper tanquam ob latam culpam, quæ dolo proxima dicitur, *L. impuberibus 7. ſ. ſi fraus 1. ff. de ſuſpect. tutor.* remotus fieret infamis, ſi doli in ſententia mentio fuiſſet facta. *ſ. ſuſpectus 6. Inſtit. & L. hæ enim cauſæ 4. ſ. 1. & 2. ff. eod.*

6tò In litigando pro pupillo Tutorem admodùm vigilantem ac circumſpectum eſſe oportet, ſiquidem pupillo omne damnum refundere tenetur, quod iſte ob moram vel malitiam Tutoris in litigando eſt paſſus. *L. qui ſolidum 78. ſ. etiam 2. ff. de legat. & fidei commiſſ. 2.*

7mò Specialiter Tutori attendendum, ne in accuſatione Teſtamenti falſi ſuccumbat; quodſi contingeret, non ſolùm pupillo hæreditatis, quæ Fiſco applicaretur, jacturam accerſeret, verùm etiam eidem ad damni reparationem obligaretur, & ſimul de Calumnia puniretur. *L. Polla 2. Cod. de his, quib. ut indign. hæredit. auffer.*

8vò Laboret ſummoperè Tutor, ut omnes lites pupillares poſſibili cum celeritate finiantur, ſi enim negligens fuerit, aut ejus deſidiâ intra triennium cauſa non terminetur, de Jure communi perit Inſtantia, ſalvo minoribus jure remanente, & Tutor, vel ejus fidejuſſores, aut hæredes jacturam reſarcire debent. *L. properandum 13. ſ. ſin verò fin. Cod. de judic.*

9nò Tutor debita pupillaria vel depoſita repoſcens compelli non poteſt, ut ſatisdet, pupillum rem ratam habiturum. *L. Tutores 3. Cod. de adminiſtrat. tutor.*

10mò

5to hat sich ein Vormunder zu hietten, daß er einen wegen pupillarischen Guts angefangenen Stritt nicht abschlage, oder anzutretten verschiebe, dann hierdurch könte selber verdächtig gemacht, von der Vormundschaft verstossen, und zu Ersetzung des Schadens angehalten werden; ja wann derselbe also wegen grober Nachläßigkeit (welche dem Betrug am nächsten beygehet) von der Vormundschaft abgesetzet wurde, so wurde er ehrloß, falls in dem ergangenen Sententz von dem Betrug oder der groben Nachläßigkeit eine Meldung beschehen wäre.

6to soll ein Vormunder in Führung deren Processen des Pupillens wohl fürsichtig und wachtsam darein gehen, dann er ist schuldig dem Pflegkind allen Schaden zu ersetzen, welchen selbes hiebey wegen Aufzüglichkeit, Saumsall, oder Boßheit des Vormunders zu erleyden hat.

7mo hat ein Vormunder sonderheitlich Obacht zu tragen, daß er in der Anklag eines falschen Testaments nicht unterlige, weil er hierdurch nicht allein den Pupillen die Erbschaft, als welche dem Fisens zufallete, verliehren machete, sondern auch dem Pflegkind den Schaden erstatten, und überdiß wegen der verübten Schmach gestrafft werden müste.

8vo wende ein Vormunder Mühe und Fleiß an, damit seines Pupillen Stritthändel mit aller möglichen Geschwindigkeit geendet werden, dann wann selbe durch seine Nachläßigkeit oder Faulheit inner 3. Jahren nicht zum Ausgang gelangen, so ist nach gemeinem Recht die Zeit verlohren, doch dergestalten, daß dem Pupillen das Recht frey verbleibt, und der Vormunder, dessen Borgen oder Erben den Schaden ersetzen müssen.

9no ein Vormunder, so seines Pflegkinds ausstehende Schulden ein- oder die hinderlegte Gelder zuruckfordert, kan nicht gezwungen werden, Versicherung zu leisten, daß der Pupill solches genehm halten, und bekräfftigen werde.

1omò Tamdiu Tutor circa rem pupillarem non tenetur litem conteſtari, quamdiu non ipſe, ſed pupillus convenitur, ſolus enim Tutor agere, & conveniri pro pupillo debet. *L. jusjurandum 17. §. 1. ff. de jurejurand.* Land-Recht *tit. 5. art. 9.* Unde quia hoc ſolùm Tutoribus competit, ſequitur ulteriùs, eosdem omnia agere poſſe, quæ ſequuntur; nempè nomine pupilli ſine periculo ejus, quod ei in teſtamento relictum eſt, agere querelâ inofficioſi teſtamenti, vel de teſtamento falſo, *L. adversùs 30. §. 1. ff. de inofficioſ. teſtam.* ad utilitatem pupilli novare, & rem in judicium deducere; *L. tutor ad utilitatem 22. ff. de adminiſtr. & peric. tutor.* item in cauſis pupillaribus non ſolùm poſſunt, ſed etiam debent à ſententia contra pupillum lata appellare, & appellationem perſequi, ſecùs judiciô tutelæ tenentur pupillo pro indemnitate præſtanda. *L. ſi bonam 11. Cod. de adminiſtr. tutor.* Similiter obligantur adeſſe minoribus, & agentibus, & pulſatis in Criminalibus cauſis, in quibus adultos & pupillos accuſare, Leges concedunt. *L. clarum 4. Cod. de authorit. præſt.* Pariter Tutor pupilli nomine, omnibus probationibus deficientibus, jusjurandum deferens audiendus eſt, *L. tutor 35. in princ. ff. de jurejur.* & ſi plures ſint tutores, unus verô eorum in adminiſtranda tutela negligens, tunc reliqui, aut ſi duo tantùm ſint, tunc alter negligentem Judici denunciare poteſt, & ſi ad factam denunciationem Judex officium ſuum non faciat, ipſe ad damnum reparandum obligatur, ut habetur Land-Recht *tit. 5. art. 13. verſ.* hätte aber ein Vormunder, ꝛc.

11mò Attendat Tutor, ſi Contutorem habeat, ne illo inſcio, aut præterito pupillum defendat, aut circa res pupillares aliquid diſponat, cùm enim tutela omnes Contutores tangat, omnium approbatio deſideratur, *arg. Cap. quod omnes 29. de Reg. Jur. in 6.* Conſonant huic Jura Patriæ, Land-Recht *tit. 5. art. 8.* wo unvogtbaren Kindern mehr dann zween Vormunder, oder Gerhaben geſetzt ſeyn, was dann der mehrer Theil mit der Pflegſchaft handlet, ohn den mindern Theil, das ſoll Krafft haben. Wann aber der Pfleger nur

zween

10mò ein Vormunder ist in einer pupillarischen Stritt-Sach so lang den Krieg-Rechtens nicht zu bevestigen schuldig, als lang nicht er selbst, sondern dessen Pflegkind beklagt wird, dann der Vomunder allein muß für den Pupillen klagen, und für ihne beklaget werden. Land-Recht *tit. 5. art. 9.* Dahero, weil solches dem Vormunder alleinig zustehet, folgt weiters, daß ein Vormunder all Nachstehendes Vornehmen könne; nemlich mag er im Namen des Pupillen mit der Klag eines unbillichen oder falschen Testaments verfahren, ohne Gefahr dessen, was dem Pupillen hierinn vermacht worden. So kan er auch zum Nutzen des Pupillen einen Stritt erneueren, und vor Gericht bringen; weiters in einer pupillarischen Stritt-Sach kann er nicht nur, sondern er muß von dem wider den Pupillen gefällten Sententz an das Obergericht, oder höhere Obrigkeit waigern, und die Waigerung fortsetzen, auffer dessen er den Schaden zu erstatten hätte. Gleichfalls muß ein Vormunder seinen Pflegkindern, sie seyen Klägere oder Beklagte, in peynlichen Gerichten und solchen Vorfallenheiten beystehen, in welchen die Rechte wider die Pupillen ein peynliche Klag zulassen. Nicht minder ist auch ein Vormunder, der im Abgang aller Proben einen Eyd anbiettet, zu hören, und wann mehrere Vormunder seynd, einer aus ihnen aber in Verwaltung seines Amts sich nachläßig erweiset, so können die übrige, oder wann deren nur zwey seynd, der andere den fehligen bey der Obrigkeit anzeigen, und so hierauf die Obrigkeit kein Mittel vorkehret, hat selbe den Schaden zu ersetzen, wie also ordnet das Bayrische Land-Recht *tit. 5. art. 13. vers.* Hätte aber ein Vormunder.

11mò hiette sich ein Vormunder, wann er einen Neben-Vormunder hat, daß er nicht ohne dessen Wissen oder mit Umgehung desselben, den Pupillen beschütze, oder mit denen Sachen des Pflegkinds etwas handle, oder ordne, dann weil die Vormundschaft alle angehet, so wird auch von allen die Bekräfftigung erfordert, worinnfalls die Bayrische Land-Recht *tit. 5. art. 8.* übereinstimmen: wo unvogtbaren Kindern mehr dann zween Vormunder, oder Gerhaben gesetzt seyn, was dann der mehrer Theil mit der Pflegschaft handlet, ohn den mindern Theil, das soll Krafft

zween wären, ſo mag einer ohn den andern nichts handeln, daran den Kindern ſonders mercklich gelegen iſt.

12mò Cæterùm ſi unus Tutorum contra pupillum agat, tunc alteri contutori pupillum defendendi obligatio incumbit; quòdſi verò alius Contutor non adſit, pupillo Curator ad defendendam ejus litem dandus eſt. *L. ſi quas 1. Cod. de in lit. dand. tutor. vel Curator.*

Percontaberis *3tiò* quid Tutori circa ſuum Contutorem obſervandum veniat?

13 R. Sequentia. *1mò* licèt unus Tutor ab altero ſuo Contutore rationem ejus, quòd ille agit, exigere non debeat, neque alter eam reddere regulariter teneatur, *L. actûs ſui 19. ff. de adminiſtr. & pericul. tutor.* unus tamen alteri Contutori invigilare, & attendere debet, circa quod illorum multùm intereſt, ſi enim tutor Contutorem inidoneum tempore tutelæ ſuſpectum facere ſuperſederit, ipſe de periculo tenebitur. *L. tutores, qui 39. ſ. 16. ff. eod.* & Land-Recht *tit. 5. art. 13. circa fin.* Quod ipſum pariter contingit, ſi tutor defuncti Contutoris hæredem idoneum nomine pupilli convenire noluerit, quoniam, ſi poſtmodùm hæres ille non fiat ſolvendo, periculum pariter ad Tutorem pertinet; *cit. L. tutores qui 39. ſ. tutor 16.* rationem horum dat Paulus in *L. etiam 14. ff. eod. quia Contutoris factum imputatur Collegæ, ſi potuit, & debuit ſuſpectum facere.* Quòdſi tamen Contutor ſit idoneus, & ipſius bona ad damnum pupillo refundendum ſufficiant, tunc Tutor vel Curator de geſtis à ſuo Collega non tenetur, niſi ipſe Tutor vel Curator ad gerendum fuerit obligatus. *L. qui ſe ſin. & ibi Gloſſ. n. 1. Cod. ſi Tutor vel Curat. non geſſer.*

2dò Caveat Tutor, ne facilè negotia tutelæ privativè gerat, aut Contutorem impediat res pupillares ſecum adminiſtrare, quia aliàs ſe ſuſpectum reddit. *dict. L. actus ſui 19. ff. de adminiſtr. & pericul. tutor.*

3tiò

haben. Wann aber der Pfleger nur zween wären, so mag einer ohn den andern nichts handeln, daran den Kindern sonders merck-lich gelegen ist.

12mò wann ein Vormunder endlich wider den Pupillen einen Stritt erhebet, so muß der andere Mit-Vormunder das Pfleg-kind beschützen; wann aber kein Neben-Vormunder vorhanden, so ist dem Pupillen zu Verfechtung seines Stritts ein Versorger oder Curator beyzugeben.

Fünftens fragt sich, was ein Vormunder gegen seinen Mit- oder Neben-Vormunder zu beobachten habe?

Antwort: Nachfolgendes: 1mò obwohl ein Vormunder vor 13
seinem Mit-Vormunder seines Thuns keine Rechenschaft begehren könne, und derselbe ihme gemeiniglich selbe abzustatten nicht schul-dig seye, so muß doch ein Vormunder auf den andern ein Obacht-sames Aug tragen, dann jedwedern vil daran liget, weil ein Vor-munder, der einen untüchtigen Mit-Vormunder unter der Zeit der Vormundschaft verdächtig zu machen unterlassen hat, selbst sich die Gefahr und Schaden auf den Rucken ziehet. Land-Recht *tit.* 5. *art.* 13. welches auch geschiehet, wann ein Vormunder den taug-lichen Erben seines verstorbenen Neben-Vormunders nicht im Na-men des Pupillen zu rechter Zeit beklaget, dann wann solcher Erb hinnach zu bezahlen nicht mehr im Stand seyn solte, fallet die Ge-fahr auf ihne Vormunder. Die Ursach hierüber gibt der Rechts-Gelehrte Paulus: weil das Thun des Mit-Vormunders dem ei-nen Vormunder zugerechnet wird, wann er solchen verdächtig hat machen können, und sollen. Falls aber der Mit-Vormunder taug-lich, und dessen Vermögen zu Ersetzung des Schadens hinlänglich, so ist ein Vormunder oder Treustrager für das Thun seines Ge-spanns nicht schuldig zu hafften, ausser er hätte selbst hieran Theil.

2dò hiette sich ein Vormunder, einige Geschäften einseithig vorzunehmen, oder seinen Mit-Vormunder von der gesamten Hand-Verwaltung zu verhindern, dann hierdurch wurde er sich selbst ver-dächtig machen.

3tiò Tutor actionem Tutelæ non poteſt exercere adversùs Contutorem relegatum (aliud eſt cum deportato) quia relegatione non finita tutela eſt, & ideò nec actio tutelæ nata. *L. fine hærede 32. ſ. fin. ff. de adminiſtr. & pericul. tutor.*

4tò Tutor unus de re ad alterius tutoris adminiſtrationem pertinente, ſi tutela inter ipſos à Judice, vel à Teſtatore, vel ab ipſismet Tutoribus diviſa ſit, non quidem agere, benè tamen conveniri poteſt. *L. inter tutores 36. & ibi Gloſſ. in fin. ff. dict. tit.*

5tò Si Tutor teſtamentarius & dativus tutelam diviſim gerunt, pro dativo priùs conveniri debent, qui pro eo ſe obligaverunt, rem pupilli ſalvam fore, vel Magiſtratus, qui illum dedit; quòdſi ab his ſolidum obtineri non poſſit, pervenitur ad Contutorem teſtamentô datum, ſi ille tutorem dativum vel ſuſpectum facere omninò neglexit, vel ſeriùs fecit, quàm oportuit; aliàs Tutore dativo non idoneo, teſtamentarius non tenetur, niſi tantùm de ſua portione. *L. Lucius Titius 46. ſ. cùm teſtamento 6. ff. de adminiſtr. & pericul. tutor.*

6tò Attendendum Tutori eſt, ut, ſi quæ apud ipſum Inſtrumenta reperiantur, ad alterius Contutoris adminiſtrationem pertinentia, eadem illi nota faciat, atque exhibeat. *L. Titium 47. ſ. tutores 2. ff. eod.*

7mò Si Tutores pupillo dati fuerint ad Bona in diverſis Provinciis ſita, tunc Tutor unius non tenetur pro tutore alterius provinciæ, quæ à Judice, vel à teſtatore diviſa eſt. *L. ad eos 2. & ibi Gloſſ. n. 1. Cod. de pericul. tutor. & Curator. & L. fin. Cod. ſi ex plur. tutorib. vel Curatorib.* Sic etiam Tutor non obligatur pro Contutore, qui poſt finitam tutelam ſolvendo idoneus repertus fuit, quamvis poſtea, illum non conveniendô, minùs idoneus factus fuerit. *L. ſi poſt finitum 1. Cod. de dividend. tutel. & pro qua part. &c.* Tenetur tamen aliàs

Tu-

3tiò kein Vormunder kan wider einen Verwiſenen (wohl aber wider einen Verbannten) Mit-Vormunder die Klag der Vormundſchaft anſtellen, weil durch die Verweiſung die Vormundſchaft nicht geendet, ſohin diſe Klag nicht gezeigt wird.

4tò wann die Vormundſchaft von der Obrigkeit, oder von dem Teſtierer, oder von denen Vormundern ſelbſt, unter ihnen abgetheilt iſt, ſo kan ein Vormunder über eine Sach, welche unter die Verwaltung des andern Neben-Vormunders gehörig iſt, nicht Klag ſtellen, wohl aber geklagt werden.

5tò wann ein letztwilliger und ein von der Obrigkeit geordneter Vormunder eine abgetheilte Vormundſchaft führen, ſo ſeynd für den geordneten Vormunder am erſten die jenige zu klagen, welche für ihne, die Sach des Pupillens ſchadloß zu halten, ſich verbindlich gemachet, oder die Obrigkeit, welche denſelben beſtellet hat, und wann die Erſetzung des gantzen Schadens auf ſolche Art nicht erhollet werden kan, ſo fallet die Gefahr auf den durch Teſtament geſetzten Vormunder hinüber, wann er den andern gar nicht oder zu ſpatt verdächtig gemacht hat; anſonſt aber, da der Obrigkeitlich geordnete Vormunder untüchtig wäre, iſt der Teſtamentariſche hiefür zu hafften nicht ſchuldig, ausgenommen um ſeinen Theil.

6tò hat ein Vormunder zu mercken, daß, wann bey ihme einige briefliche Urkunden gefunden werden, welche zu der Verwaltung ſeines andern Neben-Vormunders gehörig, er ihme dieſelben vorweiſe, und übergebe.

7mò wann einem Pupillen auf Güter, die in unterſchiedlichen Ländern entlegen, Vormunder gegeben worden, alsdann iſt der Vormunder eines für den Vormunder des andern Lands, welches durch den Teſtierer oder die Obrigkeit abgeſöndert, zu hafften nicht ſchuldig. Alſo iſt auch ein Vormunder für ſeinen Mit-Vormunder, der nach geendigter Vormundſchafts-Zahlung tauglich erfunden worden, nicht gehalten, obwohl er hinnach durch das, daß er ihne beklaget hat, minder tauglich worden; doch iſt ein Vormun-

der

Tutor etiam ad uſuras ejus, quod à Contutore debetur, vel quod pro Contutore debet. *L. ejus, quod ex cauſa 2. Cod. de uſur. pupillarib.* Dicta verò denuò limitantur, quòd Tutor non teneatur, neque conveniri poſſit pro parte Contutoris ex mala adminiſtratione, ſi Contutor ille tempore depoſiti officii ſolvendo exſtitiſſe legitimè probetur; *L. ex perſona 3.* ſicut etiam aliàs Tutor vel Curator pro geſtis à Contutore vel Concuratore idoneo non tenentur. *L. ſi quæ fin. Cod. ſi tutor vel Curat. non geſſ.*

Ivò Conſulitur Tutori, ut probè conſideret perſonam ac induſtriam ejus, cui circa res pupillares aliquid mandat, etiamſi Contutor ſit; tutorem enim mandantem non relevat, nec excuſat negligentia mandatarii. *L. ſi procuratorem 8. ff. ſi tutores 4. & ibi Gloſſ. verb. & tutelæ ff. mandat. vel contrà.*

§. Neque tamen I.

14 SUpradicta autem Authoritas Tutoris etiam in illis neceſſaria eſt, quæ primo intuitu in commodum pupilli tendere videntur; prout illa in *hoc ff.* ſpecialiter depoſcitur, ut pupillus hæreditatem adire, bonorum poſſeſſionem petere, aut hæreditatem ex fideicommiſſo ſuſcipere poſſit. Unde aditio hæreditatis non tenet, nec obligat pupillum, niſi Tutor Author fuerit. *L. obligari 9. ff. hæreditatem 3. ff. de authorit. & conſenſ. tutor. & Text. hic.* Ratio autem eſt, quia, licèt (ut Imperator hoc loco ait) hæreditas ſit lucroſa, & prima fronte nullum habere damnum videatur, ſæpè ſæpiùs tamen tales hæreditates continent æs alienum latens, & plures alias obligationes: ſic enim adita hæreditate hæres obligatur legatariis & creditoribus hæreditariis, *ff. hæres quoque 5. Inſt. de obligat. quæ ex quaſi contract. & L. ſi quis 5. ff. hæres quoque 2. ff. de obligat. & action.* & cùm in omne defuncti jus ſuccedat, *L. hæres 37. ff. de acquir. vel omittend. hæred.*

etiam

der ansonst zu denen Zinnsen auch dessen, was der Mit-Vormunder, oder er für den Mit-Vormunder schuldig ist, verbunden; welches aber weiters dahin eingeschränckt wird, daß ein Vormunder nicht haffte, noch geklagt werden könne um den Theil seines aus übler Verwaltung schuldig geblibnen Mit-Vormunders, wann bewisen werden kan, daß diser zu der Zeit seines abgelegten Amt in gutem Zahlungs-Stand gewesen seye, wie auch ansonst ein Vormunder oder Treustrager für das Thun seines Mit-Vormunders oder Mit-Versorgers, welcher tauglich gewesen, nicht zu stehen hat.

8vò wird einem Vormunder eingerathen, daß er die Person und den Fleiß des jenigen, welchem er in Vormundschafts-Sachen eine Vollmacht ertheilet, wohl erwege, und in Obacht nehme, wann auch solcher sein Mit-Vormunder wäre, dann die Nachläßigkeit dessen, deme die Vollmacht übertragen worden, entschuldigt den Gewaltgeber mit nichten.

§. Neque tamen I.

DIse nun beschriebene Macht und Gewalt eines Vormunders ist 14
auch in allen jenen Handlungen nöthig, welche nach dem ersten Ansehen zu des Pflegkinds Nutzen zu seyn scheinen, wie dann solche allhier sonderheitlich erfordert wird, damit ein Pupill ein Erbschaft antretten, die Besitzung deren Erbgütern begehren, oder die Erbschaft durch ein Fideicomiß annehmen könne; dahero die Erbschafts-Antrettung den Pupillen nicht verbindet, noch zu recht bestehet, wann der Vormunder seine Authorität nicht darzu gegeben hat. Die Ursach aber dessen ist, weil, obwohl (wie Justinianus allhier redet) eine Erbschaft Gewinnschaft seye, und dem ersten Anblick nach keinen Schaden zubringen scheine, so haltet selbe doch öfters vile verborgene Schulden und andere Verbindlichkeiten in sich. Also wird nach angetrettener Erbschaft der Erb denen jenigen, welchen durch die letzte Willens-Geschäft etwas vermacht worden, und denen Glaubigern verbunden, und da er in alle Rechte des Ver-

etiam debita defuncti ſolvere tenetur. *L. bona autem 3. in princ. ff. de bonor. poſſeſſionib.* Nec obſtat, quòd pupillus absque Tutoris authoritate hæreditatem adiens in integrum reſtitui poſſit: præſtat enim rem integram manere pupillo, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere. *L. fin. Cod. in quib. cauſ. in integr. reſtitut. non eſt neceſſ.*

§. Tutor autem II.

15 UT verò Authoritas Tutoris legitimè interveniſſe cenſeri poſſit, Juſtinianus in *hoc ſ.* requirit, ut Tutor ipſi negotio, pupillum concernenti actualiter præſens ſit, quæ phyſica præſentia ob favorem pupilli adeò exigitur, ut Tutor nihil agere credatur, ſi poſt tempus, peractô negotiô, aut per epiſtolam, authoritatem ſuam interponat. Rationem hujus aſſignat Vulteius *Inſtit. h. tit. num. 2.* quòd per hoc Conſenſus ab Authoritate diſtinguatur, quòd Conſenſus tunc propriè ſit, quando ad actum, ſeu negotium nondum perventum eſt, ſed de negotio ſuſcipiendo agitur, econtrà Authoritas in ipſo actu vel negotio adhiberi debeat, adeò quidem, ut Tutor abſens ſuam authoritatem per Nuncium vel litteras non præſtet, eo ipſo enim, quòd vi *hujus ſ.* utpotè abſens illam ritè non interponat, nullô modô interpoſuiſſe cenſendus eſt, cùm paria ſint, aliquid vel omninò non fieri, vel perperàm fieri. *L. nulla differentia 2. ff. de Autorit. & Conſenſ. tutor.* Ratio autem ulterior, cur hæc corporalis præſentia Tutoris ita rigorosè exigatur, deſumitur ex *L. transactionem 35. Cod. de transaction.* ut ſcilicet in favorem pupilli præſentia Tutoris omnem metum ac dolum excludat: cui aliam addo, ne ſcilicet Tutor de negotio, fortè in damnum pupilli per epiſtolam, Nuncium, aliàve ratione geſto, ullo modo excuſare ſe poſſit.

In-

storbenen eintrittet, so muß er auch die Schulden des Erblassers abführen, und hat hierwider nichts zu sagen, daß ein Pupill, der ohne Authorität des Vormunders die Erbschaft angetretten, in vorigem Stand wieder eingesetzt werden könne, dann es ist besser, wann die Sach dem Pupillen gantz verbleibe, als wann nach verkürtzten Handel erst Mittel ausgesucht werden müssen.

§ Tutor autem II.

DAmit aber die Authorität, Macht und Gewalt des Vormunders 15
rechtmäßig gezeigt werde, erfordert allhier Justinianus, daß der Vormunder bey dem Geschäft, welches den Pupillen angehet, in Person würcklich gegenwärtig seye, welche leibliche Gegenwart zu Nutzen des Pflegkinds also nothwendig ist, daß der Vormunder nichts zu handlen geglaubt werde, wann er erst nach der Zeit, da das Geschäft schon vorbeygegangen, oder durch Brief schriftlich seine Authorität leistet. Die Ursach ist, weil der Consens von der Authorität durch dises unterschieden wird, daß der Consens alsdann seye, wann es zu dem würcklichen Geschäft oder Handlung annoch nicht angekommen, sondern wann es um die Unternehmung des Geschäfts zuthun ist, die Authorität aber der Handlung und dem Geschäft selbst beygesetzt werden müsse, also zwar, daß der abwesende Vormunder durch einen Botten oder Brief seine Authorität nicht erzeigen könne, dann, weil solches in Abwesenheit Kraft dises §. nicht thunlich, so wäre es eben so vil, als wann er seine Authorität gar nicht laisten hätte wollen, massen eines ist, etwas gar nicht, oder nicht nach Ordnung der Rechten thun. Die weitere Ursach der so streng erforderlichen persöhnlichen Gegenwart des Vormunders ist, damit zu Gunst des Pupillen solche Gegenwart alle Forcht und Betrug ausschliesse ;welcher Ursach ich noch eine andere beygeselle, damit nemlich ein Vormunder auf keinerley Art sich von der villeicht zu schaden des Pupillen vorgegangenen Verhandlung, bey welcher er nicht gegenwärtig ware, entschuldigen könne.

16 Interim tamen hæc de jure requiſita Tutoris præſentia ſe ſolâ non ſufficit, ſed certis quibusdam qualitatibus veſtiri debet, inter quas *1ma* eſt, ut non ſolùm corpore, ſed etiam mente ſit præſens, attendendô, conſiderandô, ac reflexè intelligendô negotium tractandum & concludendum. *L. quanquam 1. ff. tutori 1. & L. non multùm 14. ff. de authorit. & conſenſ. tutor. 2dò* Licèt fortè & corpore & animo ſit præſens, ſi tamen non liberè, eò quòd metu vel vi fuerit ad hoc compulſus, vel retentus, pariter utut præſens nil agit, *cit. L. quanquam 1. ff. tutori 1.* quia authorem eſſe, nil aliud eſt, quàm liberè illud approbare, quod agitur. *L. etiamſi 3. ff. eod.* ad quam tamen approbationem vi *L. primùm cit.* non ſufficit ſolus conſenſus internus, ſed expreſſis verbis approbare Tutorem oportet, quod agitur. *3tiò* exigitur, ut ipſi actuali tractationi negotii interſit Tutor, *L. obligari 9. ff. Tutor 5. ff. de author. & conſenſ. tutor.* quoniam ejusdem præſentia etiam de ſolennitate actûs eſt, & ideò deeſſe nequit, *arg. Cap. nuditis 29. Extr. de Elect. & elect. poteſt. 4tò.* denique Tutor abſolutè, abſque ulla conditione appoſita, negotium tractatum approbare debet, etſi Conditio ex parte pupilli aut rerum ejus adjiciatur; expreſsè enim dicit Ulpianus in *L. 8. ff. de authoritat. & conſenſ. tutor. etſi Conditionalis contractus cum pupillo fiat, Tutor debet purè Author fieri, nam authoritas non conditionaliter, ſed purè interponenda eſt, ut conditionalis Contractus confirmetur.*

§. Si inter Tutorem fin.

17 CUm per *L. quanquam 1. in princ. ff. de authorit. & conſenſ. Tutor.* Tutor in rem ſuam Author eſſe non poſſit, ideò *hic* ſtatuitur, ut ſi inter Tutorem & pupillum judicium agendum ſit, quamdiu lis inter eos durat, alius pupillo Curator in litem detur. *Text. hic & L. ſi quas petitiones 1. Cod. de in lit. dand. tutor. vel Curat. nec non L. an tibi 2. ad fin. Cod. eod.* Interim tamen talis in litem datus Curator periculô adminiſtrationis conveniri non poteſt, quia ſola ſuſcepti negotii (id eſt, litis) tutela mandata eſt. *L. ad protegendam 3. Cod. dict. tit.*

Indessen ist dise von denen Rechten vorgeschriebene Gegen- 16
wart des Vormunders in sich allein nicht genug, sondern sie muß mit gewissen Eigenschaften begleittet seyn, und zwar 1mò, daß der Vormunder nicht nur leiblich, sondern auch mit Sinn und Gemüth zugegen seye, mittels Anhörung, überlegung, und reiffer Einsehung des abzuhandlen seyenden Geschäfts. 2dò obwohl villeicht ein Vormunder mit Leib und Verstand gegenwärtig, wann er aber nicht freywillig, weil er etwann durch Forcht oder Gewalt gezwungen, oder aufgehalten wird, zugegen ist, so ist es so vil, als wann er nicht anwesend wäre, weil ein Gewehrmann zu seyn in deme bestehet, daß er jenes, was gehandlet wird, frey und ungezwungen bekräftige; zu welcher Bekräftigung jedoch der innerliche und stille Consens allein nicht erklecket, sondern derselbe auch mit ausgedruckten Worten geoffenbahret werden muß. 3tiò wird erfordert, daß der Vormunder in würcklicher Abhandlung des Geschäfts mit- und bey seye, weil dessen Gegenwart auch zur Zierlichkeit (Solennitæt) der Verhandlung nothwendig ist, mithin nicht abgehen darff. 4tò endlich muß ein Vormunder solche Verhandlung frey von allem Zusatz einer Bedingnuß bestättigen, obwohl auf Seithen des Pupillen, oder dessen Sachen, ein Bedingnuß beygefüget wäre, dann wie Ulpianus redet: obwohl mit dem Pflegkind ein Contract unter Bedingnuß gemacht wird, so muß doch der Vormunder ohne Bedingnuß Gewehrmann seyn, dann dessen Authorität muß frey und ohne Bedingnuß geleistet werden, auf daß ein mit Beding gepflogner Contract bestättiget werde.

§. Si inter Tutorem fin.

WEil ein Vormunder in seiner eignen Sach kein Gewehrmann 17
seyn, oder seine Authorität gebrauchen kan, so wird allhier geordnet, daß, wann zwischen dem Vormunder und Pupillen ein Rechts-Stritt entstehet, indessen, so lang solcher Stritt dauren werde, dem Pupillen ein anderer Versorger zu Verführung desselben gegeben werden solle. Indessen kan doch ein solcher nur des Proceß halber gesetzter Versorger ab der Verwaltungs-Gefahr nicht gehalten, oder beklagt werden, weil die alleinige Beschützung des übernommenen Stritts-Geschäfts ihme übertragen ist.

TITULUS XXII.
Quibus modis Tutela finitur.

SUMMARIA.

N. 1. Pubes quando quis esse censeatur?
2. Quando Tutela finiatur ex parte pupilli.
3. Ob quas causas finiatur, an arrogatione?
4. Num per deportationem?
5. An revocatione in servitutem?
6. Num captivitate?
7. Finitur Tutela impleta conditione.
8. Tutela testamentaria sub conditione, & ad tempus deferri potest,
9. Non verò legitima & dativa.
10. Tutela etiam morte solvitur.
11. Quid finitâ Tutelâ observandum sit?
12. Quomodo Tutela ex parte Tutorum cesset?
13. Tutor testamentô ad tempus datus, eô elapso, talis esse desinit.
14. Perimitur tutela amotione, aut excusatione Tutoris.
15. An etiam propter simplicitatem & ineptiam Tutoris?

Zwey und Zwantzigster Titul.

Auf was Art und Weiß die Vormundschaft geendet werde.

Innhalt.

N. 1. Wann einer für vogtbar gehalten werde?
2. Wann sich die Vormundschaft ende, an Seithen des Pupillen.
3. Wegen was Ursachen selbe aufhöre, und ob durch Annehmung an Kindsstatt?
4. Ob durch die Verbannung?
5. Ob durch Zuruckruffung in die Knechtschaft?
6. Ob durch die Gefangenschaft?
7. Die Vormundschaft endet sich nach erfüllter Bedingnuß.
8. Ein Testamentarischer Vormunder kan unter Bedingnuß, und auf eine Zeit gesetzt werden,
9. Nicht aber ein Rechtmäßiger, oder von der Obrigkeit Geordneter.
10. Die Vormundschaft wird auch durch den Todt aufgehebt.
11. Was bey geendigter Vormundschaft zu bemercken seye?
12. Wie die Vormundschaft an Seithen der Vormundern aufhöre?
13. Ein durch Testament auf ein gewisse Zeit geordneter Vormunder höret nach Verfluß derselben auf Vormunder zu seyn.
14. Endet sich die Vormundschaft durch Absetzung, oder Entschuldigung des Vormunders.
15. Ob auch wegen Einfalt und Ungeschicklichkeit?

Ein-

AD PRINCIPIUM.

1 SUblata, quæ olim fieri ſolebat, corporis inſpectione, per quam ſeu fœmina, ſeu maſculus pubes vel impubes dignoſcebatur, ſtatuit *hic* Juſtinianus, ut impoſterùm maſculus completô decimô quartô, fœmina verò duodecimô ætatis annô pubertatem attigiſſe cenſeantur, cui etiam conſonant Jura noſtra Patria, Land-Recht *tit. 5. art. 5.* idémque decernitur in *L. indecoram 3. Cod. quand. tutor. vel Curator. eſſe deſin.*

2 Inprimis itaque Tutela finitur adepta pubertate, *Text. hic & L. ſi Curatores 1. Cod. cit. tit.* & tum, ùt inferiùs dicetur, incipit Curatela; illi enim, qui ante pubertatem habuerunt Tutores, poſteà, quamdiu ſunt minorennes, accipiunt Curatores. *dict. L. ſi Curatores,* & Land-Recht *cit. tit. 5. art. 5.* Unde ſequitur, Tutores ante adeptam pupillorum pubertatem ab adminiſtratione recedere non poſſe. *L fin. §. 2. Cod. de adminiſtrat. tutor.* Quod ipſum ſancitur Jure noſtro Statutario, Land-Recht *tit. 5. art. 12.* verb: Wann Vormunder oder Verſorger ihr Vormundſchaft oder Verſorgung angenommen haben, ſo ſollen ſie biß zum Ende darinnen bleiben. Es wäre dann daß ſie vor der Obrigkeit redlich Urſachen fürbrächten, derhalben ſie davon könten entledigt werden. Et tandem in fine *allegati art. 12.* præcipitur, ut abſque legitima cauſa ante præſcriptum tempus tutelam deferentes ad eam ſuſcipiendam compellantur.

Eingang.

1 Nachdeme nun die Besichtigung des Leibs, durch welche vor Alters sowohl das weibliche als männliche Geschlecht in ihrer Vogt- oder Unvogtbahrkeit erkennet wurde, gäntzlich aufgehoben worden, so ordnet allhier Justinianus, daß hinkünftig ein Mannsbild nach Erfüllung des vierzehenden, ein Weibsbild aber des zwölften Jahr ihrers Alters für vogtbahr gehalten werden solle, wormit auch unsere Chur-Bayrische Land-Recht *tit. 5. art. 5.* zusamstimmen.

Nach vorangeschickter Erklärung und Wissenschaft der von denen Vormundern und Versorgern zu leisten seyenden Versicherung, nihmet Justinianus einige aus, welche von solcher Versicherungs-Pflegung befreyet seyn, nemlich jene, so durch Untersuchung zu Vormundern oder Treustragern bestellet worden. Belangend die durch Testament geordnete, ist dessen die Ursach, weil Trauen und Glauben eines solchen Vormunders durch den Testierer genugsam bestättigt ist, und zwar also, daß des Vatters Zeugnuß an statt der Borgschaft hinlänglich seye, indeme er seinen Kindern am besten Fürsehung zu thun geglaubt wird. Betreffend aber jene Vormunder, oder Versorger, welche mittls Untersuchung gesetzt werden, ergibet sich die Ursach aus deme, zumal eben durch die Untersuchung ihr Treu und Glauben geprüft, und bekräftiget wird, besonders da solches durch Obrigkeitliche Erkanntnuß und

Aus-

1. ff. de testam. tutel. maximè cùm id per decretum & pronunciationem Judicis fiat. *L. tutores 5. ff. de confirm. tutor. vel Curator. & L. Imperatores 9. §. item rescripserunt, à Curatore 7. ff. de administr. rer. ad Civitat. pertinent.* Rationem rationis assignat Justinianus *hìc*, quia idonei electi sunt.

Verùm hæc de tutoribus testamentariis, aut ex inquisitione datis dicta solùm de Jure veteri procedunt, nam Jure novo omnes omninò
3 Tutores Curatorésve satisdare tenentur, ex *Reformat. Polit. Caroli V. de anno 1558.* von der Pupillen und minderjährigen Kindern Tutorn und Vormundern ꝛc. *& Rudolphi II. Impp. de anno 1577. tit. 32.* prout referunt *Manz. & Vulteius Inst. b. tit. uterque num. 13.*

§. Sed si ex testamento 1.

PAragraphus hic præcedentia limitat, & restringit, adeò, ut certis in casibus etiam testamentô, vel ex inquisitione datus Tutor per accidens ad satisdandum obligari possit, ad quod aliàs, saltem ordinariè loquendô, nec hic, nec ille tenetur. Quod ut clariùs intelligatur, ex Textu nostro casum pono: Titius parens liberis suis testamentô plures Tutores dedit, utrumque enim fieri posse, manifestum redditur ex *L. si plures 24. ff. de testament. tutel. L. si plures 9 ff. de legitim. tutor. & L. simul plures 23. ff. de Tutor. & Curat. dat. ab his &c.* & id ipsum procedit de pluribus tutoribus, Curatoribúsve à Magistratu datis. *L. si plures 3. ff. de administrat. & pericul. tutor.* Jam ex proposito casu sequentes quæstiones efformo, appositè ad circumstantias in *nostro §.* deductas.

Et *primò* quidem, si plures Testamento sint dati Tutores, utrùm omnes simul, an verò unus tutelam administrare debeat? Respondet
4 ad hoc Ulpianus in *cit. L. si plures 3. §. apparet 6.* his verb: *Apparet igitur Prætori curæ fuisse, ne tutela per plures administretur: quippe etsi pater non destinaverit, quis gerere debeat, attamen id agit, ut per unum administretur: sanè enim facilius unus tutor &*

actio-

Ausspruch geschihet; die weithere Ursach aber zeigt Justinianus allhier an, nemlich weil Taugliche erwählet worden seyen.

Was aber hier von denen durch Testament oder aus Untersuchung gegebenen Vormundern oder Versorgern gemeldet worden, 3
findet nur noch nach denen alten Rechten Platz, dann nach denen neuen Satzungen müssen alle Vormunder und Versorger ohne Ausnahm Versicherung leisten, wie in der erneuerten Policey-Ordnung Caroli V. von Anno 1558. von der Pupillen und minderjährigen Kindern Tutorn und Vormundern ꝛc. und Rudolphi II. von Anno 1577. *tit.* 32. zu ersehen ist.

§. Sed si ex testamento I.

Gegenwärtiger §. schräncket hiebevor Gesagtes in etwas, und zwar dahin ein, daß in gewissen Begebenheiten auch ein durch Testament oder Untersuchung gesetzter Vormunder aus Zufall zur Borgschaft- oder Vesicherungs-Leistung könne verbunden werden, worzu er ansonst und für allzeit nicht gehalten wäre. Welches desto begreifflicher zu machen, setze ich nachfolgenden Fall: Titius der Vatter hat seinen Kindern letztwillig mehrere Vormunder geordnet, welches, wie wir oben gehört, allerdings geschehen kan, und das nemliche greiffet auch Platz bey mehrern durch die Obrigkeit gesetzten Vormundern, oder Versorgern. Aus disem Vorfall nun stelle ich zu Folge deren in unsern §. vorkommenden Umständen nachgehende Fragen.

Und zwar Erstens, wann mehrere Vormunder durch Testa- 4
ment geordnet worden, ob alle zugleich, oder aber einer allein die Vormundschaft verwalten solle? die Antwort hierauf ertheilet Ulpianus, da er darfür haltet, daß besser und rathsamer seye, wañ die Vormundschaft von einem, als von mehrern geführet werde,

actiones exercet, & excipit, ne per multos tutela spargatur. Unde consultius est, ab uno tutelam administrari, ad evitandum commune illud Germanorum dicterium: **vil Köch versaltzen die Suppen,** sæpiùs enim contingit, si plures tutores simul tutelam gerant, ut eveniat illud jam veteribus familiare: *quot capita, tot sententiæ*, cùm aliundè ad dissentiendum faciles, & proclives simus, juxta *L. item si unus 17. §. principaliter 6. ff. de recept. qui arbitr. recep.*

Quamvis verò unus tantùm administret, nihilominùs tamen re-
5 liqui tutores etiam de periculo & damno pupilli tenentur, ea quidem ratione, ut non administrantibus competat beneficium Ordinis, hoc est, ut primô locô ille, ejúsque hæredes conveniantur, qui tutelam administravit. *L. qui se non 2. Cod. si tutor vel Curat. non gess. L. etsi scisses 8. Cod. de administr. tutor. L. cùm interdictæ 6. Cod. arbitr. tutel.* Adstipulantur nostra Jura Patria, **Land-Recht** *tit. 5. art. 13.* verb: **doch mit disem Unterschid, daß man zuvor diejenige Vormunder, die in gleicher Verwaltung gewesen, jeden um sein Thail am gantzen Schaden beklagen, und alsdann erst, wann derselben ainer die Erstattung seines Thails nit vermag, den völligen Schaden bey deme, der zu bezahlen hat, suechen soll.**

6 Quæritur *secundò*, utrùm hoc non obstante, si omnes velint, simul possint administrare Tutelam. R. Affirmativè: si enim volunt, possunt vel omnes simul administrare, vel tutelam in partes, aut Regionem inter se dividere, *cit. L. si plures 3. §. fin. ff. de administr. & peric. tut. L. vel in partes 4. ff. eod.* quo casu tamen omnes judiciô tutelæ in solidum tenentur, *Novell. 118. cap. 5.* id quod Jure Bavarico, **Land-Recht** *tit. 1. art. 13.* hanc limitationem patitur, ut, quando unus Tutor alterius Contutoris negligentiam vel malam administrationem Judici denunciat, Judex verò vi officii sui id non emendat, talis denuncians Tutor & reliqui innocentes Contutores de alterius mala administratione non ampliùs, sed ipse Judex teneatur: **Hätte aber ein Vormunder seines Mitvormunders üble Verwaltung der Obrigkait angezaigt, und gebetten, denselben von der Vormundschafft zu-**

weil nach dem gemeinen teutschen Sprichwort vile Köch die Suppen versaltzen, dann es öfters geschiehet, daß, wann mehrere zugleich das Vormundschafs-Amt verwalten, wahr werde, was man schon von Alters her gesprochen: vil Köpff vil Sinn: da wir ohnehin von natürlichen Antrieb zu ungleichen Meynungen und Widersprechungen geneigt seyn.

Obwohl aber nur einer die Vormundschaft verwaltet, so werden doch die übrige nichts desto minder um die Gefahr und Schaden des 5
Pupillen zu hafften verbunden, doch mit solcher Maß, daß denen, welche nicht würcklich mitverwalten, die Rechtliche Wohlthat oder Freyheit der Ordnung zustehe, das ist, daß der jenige, welcher die Vormundschaft verwaltet hat, und dessen Erben zuvor, und am ersten beklagt werden müssen, wormit auch unsere Chur-Bayrische Land-Recht *tit. 5. art. 13.* übereinstimmen, also sprechende: doch mit disem Unterschied, daß man zuvor diejenige Vormunder, die in gleicher Verwaltung gewesen, jeden um sein Theil am gantzen Schaden beklagen, und alsdann erst, wann derselben einer die Erstattung seines Theils nicht vermag, den völligen Schaden bey deme, der zu bezahlen hat, suchen solle.

Andertens ist die Frag, ob wohl, ungehindert dessen allen, 6
mehrere Vormunder, wann selbe wollen, die Vormundschaft zugleich verwalten können? Worauf mit Ja geantwortet wird: dann, so es ihnen gefahlet, mögen entweders alle mit einander zugleich verwalten, oder die Vormundschaft in Theil, oder die Güter unter sich abtheilen, jedoch seynd in solchem Fall alle zur Vormundschafts-Klag gäntzlich und unzertheilt gehalten; welches gleichwohl in denen Chur-Bayrischen Land-Rechten *tit. 5. art. 13.* dahin gemildert wird, daß, wann ein Vormunder die Nachläßigkeit oder üble Verwaltung des Mit-Vormunders der Obrigkeit angezeigt, dise aber in Kraft und Folge ihres Amts keine Abänderung vorgekehret hat, alsdann ein solcher und die übrige unschuldige Mit-Vormunder nicht mehr, sondern die Obrigkeit selbst um die üble Verwaltung oder Saumseeligkeit des andern zu

zuthuen, und wäre die Obrigkait hierinnen saumig gewesen, so muß dieselb dem Pupillen den Schaden, welcher demselben nach beschehener Anzaig beschehen, erstatten, und seyn alsdann die andere Vormunder, welche nichts übels gehandlet, noch saumig gewesen, der Ansprach, um den, nach gethaner anzaig, beschehenen Schaden allerdings ledig. Consentit Jus Commune in *L. certum est 1. Cod. si Tut. vel Curat. non gess.*

Qæritur *tertiò*, si Testator plures testamentô Tutores dederit, unum verò ad administrationem elegerit, utrùm ille solus tutelam administrare possit? R. Pariter affirmandô, quia, juxta sæpissimè dicta, Patrem optimè liberis suis prospexisse, Jura præsumunt.

Quæritur itidem *quartò:* si Pater plures tutores nominaverit, nullum tamen ex iis ad administrationem designaverit, quis tunc in casu, quo non omnes simul tutelam administrare volunt, eandem administra-
7 re possit, & debeat? R. eum teneri ad tutelæ administrationem, quem major Tutorum pars elegerit. *Text. hic, & cit. L. si plures 3. §. si non erit 7. ff. de administr. & peric. tutor.* Si enim non omnes unanimiter in unum consentiant, majora vota rem, seu dubium decidunt, iisque standum est, juxta *Cap. cùm in cunctis 1. Cap. quæsivit 2. & Cap. ex parte tua fin. de his, quæ fiunt à major. part. Capitul. Cap. Ecclesia vestra 48. de Elect. & Elect. potest. L. quod major 19. ff. ad Municip. & de incol. L. si nemo 19. §. hoc edictum 1. ff. de testament. tutel.*

8 Quòdsi verò Tutores in unius ad gerendam administrationem electione dissentiant, tunc Prætorem suas partes interponere oportet. *Text. b. & cit. L. si plures 3. §. si non erit 7. ff. de administrat. & pericul. tutor.*

Quæ-

hafften schuldig seye. Der Text lautet also: Hette aber ein Vormunder seines Mit-Vormunders üble Verwaltung der Obrigkait angezaigt, und gebetten, denselben von der Vormundschaft zu thun, und were die Obrigkeit hierinnen saumig gewesen, so muß dieselb dem Pupillen den Schaden, welcher demselben nach beschehener Anzaig beschehen, erstatten, und seyn alsdañ die andere Vormunder, welche nichts übels gehandlet, noch saumig gewesen, der Ansprach, um den, nach gethaner Anzaig beschehenen Schaden allerdings ledig. Deme auch die gemeine Rechte beystimmen.

Drittens wird gefragt, wann der Testierer durch Testament mehrere Vormunder geordnet, aber nur einen zur Verwaltung erwählet hätte, ob diser Erwählte auch allein die Vormundschaft führen möge? so ebenfalls mit Ja zu beantworten ist, weil, wie wir schon öftermal gehört, der Vatter seinen Kindern am besten fürgesehen zu haben geglaubt wird.

Viertens fragt sich, wann der Vatter mehrere Vormunder geordnet, jedoch keinen zu der Verwaltung erwählet hätte, wer alsdann in jenem Fall, da nicht alle zugleich die Verwaltung auf sich nehmen wolten, derselben sich unterziehen könne, und müsse? Antwort: der jenige ist schuldig die Vormundschafts-Verwaltung 7
zu führen, welchen der mehrere Theil deren Vormundern hierzu erkiset, dann, sofern nicht alle einhellig einen ernennen, so haben die Stimmen des mehrern Theils die Sach, und den Zweifel aufzuheben, und bey solchen ist zu verbleiben.

Falls aber die Vormunder in solcher Wahl nicht einig werden 8
kunten, liget der Obrigkeit ob, sich in das Mittel zu legen.

Quæritur *quintò:* utrùm Tutor, ſeu Curator, teſtamentô vel ex inquiſitione datus, à Contutore vel Concuratore ſatisdationem exigere poſſit? ad quod Juſtinianus *hìc* negativè reſpondet.

Quæritur denique *ultimò:* ſi plures teſtamentô vel ex inquiſitione ſint dati Tutores, neque unus ad adminiſtrationem vel deſignatus,
9 vel à Curatoribus electus, aut à Prætore conſtitutus ſit, utrùm non unus, ſaltem indirectè, propria voluntate adminiſtrationem gerere poſſit? R. Poſſe hoc fieri in Caſu, quo ex pluribus Tutoribus unus, aliàs ad hoc non obligatus, reliquis, aut ſi tantùm duo ſint, alteri Contutori ſatisdationem offert: hac enim ultroneè oblata, aut reliqui Tutores eam acceptare debent, & offerens ſolus tutelam adminiſtrabit, aut ſi ſatisdationem accipere nolint, ipſimet ſatisdare, & ſic hi ſoli adminiſtrationem gerere tenebuntur. *Text. h. & L. teſtamento 17. ff. de teſtament. tutel.* Ex quo apparet, contra §. præcedentem, quandoque etiam Teſtamentô vel ex inquiſitione datos Tutores ad ſatisdandum obligari, ſaltem in caſu, quo ſatisdationem ab uno oblatam recipere detrectant. Cæterùm, quæ hìc de Tutoribus dicta, de Curatoribus quoque intelligenda ſunt, ut ex *textu hujus ſ.* conſtat: quanquam juxta *num. 3. hoc tit.* hoc parùm in uſu ſit.

§. Sciendum autem eſt II.

10 POnit hìc Imperator ordinem, ſecundùm quem illi damnum pupillo reſarcire debent, quorum intereſt, malè adminiſtratam fuiſſe tutelam vel Curatelam.

Si

Fünftens entstehet die Frag, ob ein durch Testament, oder auf Untersuchung gesetzter Vormunder, oder Versorger, von seinem Mit-Vormunder, oder Mit-Versorger, die Borgschafts-Leistung begehren könne? Hierauf antwortet Justinianus in disem §. mit Nein.

Letzlich kommet die Frag vor, wann mehrere Vormunder durch Testament, oder auf Untersuchung gesetzt, deren aber keiner weder zur Verwaltung benennet, noch von denen Mit-Vormundern hierzu erwählet, noch auch von der Obrigkeit bestellet worden, obe nicht einer 9
aus freyem Willen die Verwaltung übernehmen möge? Ich antworte, daß solches sich ereignen möge in dem Fall, da einer aus denen Vormundern, der ansonst nicht verbunden wäre, den übrigen, oder, wann ihrer nur zwey seynd, dem andern die Borgschaft anerbiette; dann da die Borgschaft auf solche Art freywillig angebotten worden, müssen die übrige Vormunder entweders selbe annehmen, und der, so sie angebotten, wird die Verwaltung allein pflegen, oder da sie die angetragene Borgschaft ausschlagen wolten, müsten sie selbst Versicherung leisten, und die Verwaltung alleinig auf sich tragen. Aus welchen erhellet, wider den vorigen §. daß auch die durch Testament oder Untersuchung gesetzte Vormunder jezuweilen Borgschaft zu leisten schuldig, wenigst in dem Fall, da sie die von einem andern angebottene Borgschaft nicht annehmen wollen. Ubrigens ist alles dises, was hier von denen Vormundern gemeldet worden, auch von denen Versorgern zu verstehen.

§. Sciendum autem est II.

Allhier setzet Justinianus die Ordnung, nach welcher die jenige, welche an übel verwalteter Vormundschaft oder Versorgung 10
Schuld tragen, dem Pupillen den verursachten Schaden ersetzen sollen.

Wann

Si itaque, durante, tutela, damnum aliquod non quidem casu fortuito, sed ex culpa, negligentia, aut mala administratione pupillo obvenerit, omnium *primò* illud resarcire tenentur Tutores, vel si minorenni, Curatores; contra hos enim pupillis & minoribus competit actio Tutelæ directa, & totum id læsis præstari debet, quod ex quasi contractu, qualis est Tutela, debetur. *tot. tit. ff. de tutel. & ration. distrab.* Concordant Jura Patria, Land-Recht *tit. 5. art. 13.* ex quo textu etiam liquet, quali ordine, in ordine ad resarcitionem damni, adversùs ipsos Tutores, & Curatores, nec non Contutores & Concuratores procedendum sit, sicut jam suprà diximus.

Secundo loco, & mortuis ipsis Tutoribûs, damnum ex negligentia & mala administratione ortum, hæredes tutorum resundere debent. *L. fin. & tot. tit. Cod. de hæred. tutor. vel Curator.*

Ratio desumitur ex natura tutelæ, hæc enim est quasi Contractus: *ff. 2. Instit. de obligat. quæ ex quasi contract. nasc.* Cùm ergò omnis actio, ex quasi contractu descendens, in hæredes transeat, idem in actione tutelæ locum habet, per *L. in Contractibus 49. ff. de obligat. & action.* Circa quod tamen observandum, hæredes Tutoris vel Curatoris non ex quacunque, sed tantùm ex lata culpa defuncti Tutoris Curatorisve teneri, *L. non similiter 4. ff. de Magistrat. conveniend. & hæred eor.* nisi contra Tutorem vel Curatorem lis jam inchoata, aut hæredibus ex damno pupilli lucrum captatum, aut gratiâ præstitum fuerit. *L. hæredes 1. Cod. de hæredib. tutor. & Curator.*

Tertio ordine per *L. protutelæ 1. in princ. ff. 1. & seqq. L. fin. & tot. tit. ff. de eo, qui pro tutor. próve Curat. negot. gess.* veniunt illi, de quibus *hoc ff.* nulla expressa mentio fit, qui, cùm Tutores vel Curatores non essent constituti, aut esse non possent, tutelam tamen aut Curatelam gesserunt. Distat hæc Actio protutelæ (quo nomine appellatur) ab actione tutelæ, quòd moveri possit, etiamsi tutela vel

Cura-

Wann demnach in währender Vormundschaft, oder Versorgung, nicht aus gähen Zufall, sondern aus Schuld, Nachläßigkeit, oder übler Verwaltung dem Pupillen oder Minderjährigen ein Schaden zugegangen, haben solchen am ersten die Vormunder und Versorger zu ersetzen; dann wider dise stehet sowohl denen Pupillen als Minderjährigen die gerade Vormundschafts-Klag bevor um all jenes, was man aus einer stillschweigenden Handlung, dergleichen die Vormundschaft eine ist, zu halten schuldig; mit welchen die Chur-Bayrische Land-Recht *tit. 5. art. 13.* übereinstimmen, an welcher Stell auch zu ersehen, in was für einer Ordnung, um Erstattung des Schadens, wider die Vormunder, Versorger, Mit-Vormunder, und Mit-Versorger, zu verfahren seye, wie wir schon oben gesagt haben.

Den anderten Platz in Erstattung des aus einer nachläßigen und üblen Verwaltung entstandenen Schadens haben, da die Vormunder schon würcklich verstorben seynd, deren hinterlassene Erben.

Die Ursach dessen wird aus der Natur der Vormundschaft hergeleitet, dann dise ist ein stillschweigender Contract; weil demnach jedwedere Klag, die aus einem stillschweigenden Contract entspringt, auch wider die Erben Statt findet, so hat solches gleichfalls bey der Vormundschafts-Klag Platz. Wobey jedoch zu beobachten, daß eines Vormunders oder Treustragers Erben nicht um eine jedwedere Schuld ihrer Erblassern, sondern nur um deren grobe Nachläßigkeit gehalten seyen, ausser es wäre wider den Vormunder oder Versorger noch in ihren Lebszeiten der Stritt schon angefangen gewesen, oder denen Erben aus dem Schaden des Pupillen ein Gewinn zugewachsen.

In der dritten Ordnung werden jene gestellet, von denen zwar allhier Justinianus keine ausdruckliche Meldung machet, welche, da sie als Vormunder oder Versorger nicht gesetzt worden, oder als solche nicht seyn könten, gleichwohl die Vormundschaft oder Versorgung verwaltet haben. Die wider sie gebührende Klag (so im Latein Actio protutelæ benamset wird) ist von der Vormundschafts-Klag in deme unterschieden, daß selbe auch vor dem Ende der

Curatela finita non fuerit, *cit. L. protutelæ 1. ſſ. adeò 3.* potéſtque taliter tutelam gerenti veri, aut etiam illegitimi tutoris exceptio opponi. *L. non utiliter 2. Cod. eod.*

Quartum locum ſubintrant fidejuſſores aut nominatores Tutorum vel Curatorum, eorúmque hæredes, contra quos datur actio ex ſtipulatu, ut, quod pupillus vel minor ex cauſa tutelæ vel curatelæ à tutore, vel Curatore, horúmve hæredibus conſequi nequit, id à fidejuſſoribus, nominatoribus, eorúmque hæredibus obtineat. *L. etiam 3. L. cùm oſtendimus 4. ſſ. ult. L. ſi cum fidejuſſoribus 5. L. pupillus 6. L. ſi fidejuſſores 7. ff. de fidejuſſor. & nominat. & hæredib. tutor. & Curator.*

Quintam ſtationem denique occupant Magiſtratus *minores*, qui non tantùm jus habent dandi tutores, ſed etiam ab iisdem ſatisdationem exigere debent; quam ſi non exegerint, aut non idoneam receperint, *L. quoties 6. ff. qui ſatisd. cog.* contra ipſos, eorúmque hæredes, Actioni ſubſidiariæ locus eſt, qua conveniantur in omne id, quod pupillus aut minor à tutore, Curatore, fidejuſſore, nominatore, illorúmque hæredibus conſequi nequit. *L. in ordinem 1. ſſ. neque Prætor 1. & ſſ. ſi Præſes 2. ac reliquis ſeqq. & tot. tit. ff. de Magiſtrat. conven.*

Notandum tamen hìc venit, quòd, ſicut ſuperiùs de hæredibus tutorum & Curatorum dixi, ita & hæredes Magiſtratuum ſolùm ob latam culpam teneantur. *cit. L. non ſimiliter 4. ff. eod.* Loquimur autem tantummodò de Magiſtratibus *minoribus*: nam *majores*, licèt & ipſi jure dandi Tutores fruantur, quia tamen à Lege eis impoſitum non eſt, ut ſatisdationem expoſcant, in ſubſidium non tenentur. *ſſ. fin. Inſtit. hoc tit.*

§. Qui.

Vormundschaft oder Versorgung angestellet werden möge. Es kan auch einem die Vormundschaft also Verwaltenden die Einred (exception) eines wahren oder eines unrechtmäßigen Vormunders entgegen gesetzt werden.

In den vierten Platz kommen die Borgen und Ernenner deren Vormundern und Versorgern, dann derenselben ihre Erben; und wider dise streittet die Klag aus der Versprechung, damit der Pupill oder Minderjährige das, was er aus der Vormundschaft oder Versorgung von dem Vormunder oder Versorger, oder deren Erben nicht erhalten kan, selbes von denen Borgen, Ernennern, und ihren Erben erlangen möge.

In dem fünften Platz endlich stehen die mindere, oder untere Obrigkeiten, welche nicht nur den Gewalt Vormunder und Treustrager zu ordnen, besitzen, sondern auch von ihnen die Borgschaft begehren müssen. Wann demnach die Stadt- oder Land-Obrigkeiten keine Borgschaft verlanget, oder eine untaugsame angenommen, oder untüchtige Vormunder und Versorger aufgestellt haben, so streittet wider sie, dann auch wider ihre Erben, die Klag, so bey denen Lateinern Actio subsidiaria genennet wird, damit sie alles dises ersetzen, was der Pupill oder Minderjährige von dem Vormunder, Versorger, Borgen, Ernenner, und deren Erben nicht erhalten kan.

Allhier ist doch mehrmal zu mercken, wie oben von denen Erben der Vormunder gemeldet worden, daß die Erben deren mindern oder untern Obrigkeiten gleichfalls nur wegen der groben Nachläßigkeit gehalten seyen. Ich habe aber gesagt: die mindere oder untere, Stadt- und Land-Obrigkeiten, dann die hohe und grosse Obrigkeiten, obwohl sie auch Vormunder zu setzen berechtiget, seynd gleichwohl nicht gehalten, weil ihnen durch die Gesätze nicht aufgeburdet ist, die Borgschaft zu verlangen.

§. Quibus conſtitutionibus III.

11 PRæcipitur hìc, ut, ſi Tutores vel Curatores ſatisdare renuant, ad hanc ſatisdationem captis pignoribus coerceantur. *Text. hic.*

12 Unde occaſione hùjus obſervandum eſt *Primò:* quòd Tutor, ante ſatisdationem præſtitam, tutelæ adminiſtrationem gerere non debeat, ſed hæc eò uſque, donec ſatisdederit, differatur. *L. muto 6. ſ. ſub conditione 1. ff. de tutel. Secundò:* Si filiusfamilias fuerit tutor datus, & ejusdem Pater cavere noluerit, ipſe pater & filius erunt tutores, ne tutelæ cautio impediatur. *L. ſpadonem quoque 15. ſ. ſi quis 17. ff. de excuſat. Tertiò:* Si tutor ante ſatisdationem Tutelæ officium exerceat, de bonis pupilli nihil alienare poteſt, *L. fin. Cod. de tutor. vel Curat. qui ſatis non ded.* interim tamen electus tutor ante ſatisdationem ea gerere, & adminiſtrare poterit, quæ ſunt tempore peritura. *cit. L. fin. Quartò:* Tutor vel Curator, qui non poteſt ſatisdare in Civitate, remitti debet ad municipium, ubi ſatisdare poteſt, *L. de die 8. ſ. tutor 4. ff. qui ſatisd. cog.* ratio hujus deſumitur ex *L. ſi nondum 1. Cod. de tutor. vel curat. qui ſatis non ded.* quia generaliter omnibus tutoribus & Curatoribus adminiſtratio prohibetur, niſi ſecuritati pupillorum & minorum ſatisdandô caverint, quod ipſum quoque in *L. in dubium 3. Cod. eod.* inſinuatur.

§. Neque autem Præfectus fin.

13 HIc declaratur, quòd actio ſubſidiaria in ſolos illos Magiſtratus detur, qui ſatisdationem exigere debent, *minores* ſcilicet, non verò *majores*, ut jam ſuprà ad *ſ. 2. h. t.* dictum eſt.

§. Quibus conſtitutionibus III.

Allhier wird gebotten, daß, wann die Vormunder, oder Ver-
ſorger, Borgſchaft zu leiſten verweigern, ſelbe hierzu durch 11
Pfand-Nehmung gezwungen werden ſollen. Dahero bey diſer Ge-
legenheit zu bemercken iſt Erſtlich: daß von einem Vormunder 12
vor geleiſteter Borgſchaft die Verwaltung nicht geführet, ſondern
ſolche bis nach abgelegter Verſicherung verſchoben werden ſolle. An-
derrens: wañ ein noch unter dem vätterlichen Gewalt ſtehender Sohn
zum Vormunder geſetzt worden, und deſſen Vatter nicht Borg werden
wolte, ſo wird der Vatter ſelbſt benebſt dem Sohn Vormunder ſeyn,
damit die Borgſchaft zur Sicherheit der Vormundſchaft nicht gehin-
dert werde. Drittens: wann ein Vormunder vor der Borgſchaft der
Verwaltung ſich unternihmet, kan ſelber von des Pupillen Gütern
nichts veräuſſern, indeſſen mag doch ein erwählter Vormunder vor
der Borgſchafts-Leiſtung jene Sachen verwalten, was durch die Zeit,
oder in Zeiten verderben, und zu Grund gehen könte. Vierrens
iſt ein Vormunder, der da in der Stadt mit Borgſchaft nicht auf-
kommen kan, zu der Lands-Obrigkeit zuruckzuſchicken, allwo er
Borgſchaft zu leiſten vermag, deſſen die Urſach, weil insgemein
allen Vormundern und Verſorgern die Verwaltung verbotten iſt,
bis ſie dem Pupillen oder Minderjährigen Sicherheit verſchafft ha-
ben.

§. Neque autem Præfectus fin.

Diß Orts wird erkläret, daß die oben angeführte Klag, wel-
che die Lateiner Actionem ſubſidiariam betitlen, nur wider je- 13
ne Obrigkeiten ſtreitte, welche die Borgſchaft begehren müſſen,
nemlich wider die Mindere, oder Untere, nicht aber wider
die Hohe Magiſtraten, wie oben im 2. §. diſes Titls
gezeigt worden.

(o)

TITULUS XXV.

De Excusationibus Tutorum & Curatorum.

SUMMARIA.

N. 1. Tutelam ordinariè quilibet susscipere debet;

2. Excusatio tamen admittitur ob pluralitatem liberorum.

3. Quinam liberi à tutela excusent.

4. A tutela quoque excusat administratio Fisci, & similium munerum.

5. Item absentia Reipublicæ causâ.

6. Sicuti etiam Potestas cum Dignitate.

7. Nec non lis inter Tutorem & pupillum.

8. Aut pluralitas Tutelarum jam susceptarum.

9. Paupertas.

10. Adversa valetudo.

11. An imperitia litterarum à tutela excusationem præstet?

12. Aut graves inimicitiæ cum patre pupilli?

13. Notitia, cum patre pupilli non habita, excusationem non præbet,

14. Benè verò inimicitiæ capitales inter patrem pupilli & Tutorem exercitæ, reconciliatione non secuta,

15. Aut

Fünff und Swantzigster Titul.

Von denen Entschuldigungen deren Vormundern und Versorgern.

Innhalt.

N. 1. Insgemein muß ein jedwederer die Vormundschaft annehmen.
2. Jedoch dienet die Vilheit der Kindern zu einer Entschuldigung.
3. Was für Kinder von der Vormundschaft entschuldigen.
4. Von der Vormundschaft entschuldiget auch das Amt eines Fiscaln, und andere dergleichen.
5. Wie auch die Abwesenheit wegen dem gemeinen Weesen.
6. Deßgleichen der Gewalt mit einer Würde begleitet.
7. Dann ein Stritt zwischen den Vormundern und Pupillen.
8. Oder die Vilheit der schon aufhabenden Vormundschafften.
9. Die Armuth.
10. Die Unbäßlichkeit.
11. Ob die Unerfahrenheit des Lesens und Schreibens entschuldige?
12. Oder grosse Feindschaft mit des Pupillen Vatter?
13. Die Unbekanntschaft mit des Pupillen Vatter reicht keine Entschuldigung.
14. Wohl aber eine zwischen des Pupillen Vatter und dem Vormunder, ohne erfolgter Versöhnung, obgeschwebte tödliche Feindschaft.

15. Aut controverſia ſtatûs, à patre pupilli adversùs tutorem mota;
16. Senilis ætas quando à Tutela excuſet?
17. Et quando juvenilis?
18. Utrùm Militia excuſationi ſit?
19. Grammatici, Rhetores, Medici, à tutelis immunes habentur.
20. Plures excuſandi cauſas habens quomodo ſe excuſare poſſit?
21. Quo tempore, & coram quo Judice excuſatio proponenda?
22. Qualiter tempus, excuſationi indultum, computandum ſit?
23. Num diſtantia loci pro excuſatione ſerviat?
24. An tutor ſe à parte tutelæ excuſare valeat?
25. Quid, ſi bona pupilli in diverſis provinciis ſita ſint?
26. Tutori, finitâ tutelâ, à cura ſuſcipienda ſe excuſare permittitur,
27. Quod tamen in Bavaria non procedit.
28. An Maritus à Cura Uxoris ſe excuſare queat?
29. Quid circa excuſationes, hactenùs recenſitas, in Bavaria ſentiendum?
30. De effectu excuſationis.
31. Quid excuſatio falſa operetur?

AD

15. Oder die von des Pflegkinds Vatter wider den Vormunder erhobene Stands-Anstreitung.
16. Wann das hohe Alter von Vormundschaften enthebe?
17. Und welcher gestalten die Jugend?
18. Ob das Kriegs-Leben eine entschuldigung gebe?
19. Was für freye Künsten von der Vormundschaft befreyen?
20. Wie einer, der mehrere Ursachen hat, sich entschuldigen könne?
21 In was für einer Zeit, und vor welchen Richter die Entschuldigung anzubringen seye?
22. Wie die zur Enschuldigung vergünstigte Zeit gerechnet werden solle?
23. Ob die Entlegenheit des Orts für eine Entschuldigung diene?
24. Ob ein Vormunder von einem Theil der Vormundschaft sich entschuldigen möge?
25. Sonderbar, wann des Pupillen Güter in verschiedenen Ländern entlegen seynd.
26. Nach Ende der Vormundschaft ist einem Vormunder gestattet, von Annehm- der Versorgung sich zu entschuldigen,
27. Welches aber in Bayrn nicht statt findet.
28. Ob ein Ehemann von der Versorgung seines Weibs entschuldiget werden könne?
29. Was von denen bishero angeführten Entschuldigungen in Bayrn zu halten seye?
30. Von Würckung und Frucht der Entschuldigung.
31. Was eine falsche Entschuldigung würcke?

AD PRINCIPIUM.

1 §Est quidem, præscindendô à variis circumstantiis, & ordinariè loquendô, generalis Regula: quòd ad suscipiendum tutelæ munus quilibet cogi, *L. gerere 1. ff. de administrat. & peric. tutor.* & sicut invito, ita etiam invitus tutór dari possit: *Gloss. in §. est autem 1. verb. vis Instit. de Tutel. & Gloss. in L. tutori 20. verb. muneris Cod. de negot. gest.* Quia hoc partim bonum commune exigit, ut nempè in Orphanorum favorem loco defunctorum parentum Tutores vel Curatores idonei substituantur, *L. eum tutorem 2. Cod. de tutor. vel Curator. qui satis non ded.* partim etiam status pupillorum, qui ob ætatem se satis defendere nequeunt, *cit. §. est autem 1. Inst. de tutel.* partim verò ipsa natura officii Tutoris exposcit, utpote quod & necessarium, *Gloss. pemult. in L. obligatio 1. & Gloss. in L. servum Titii 49. verb. emptori ff. mandat.* & publicum, *Text. hìc*, ad quod etiam invitus cogendus est, *L. vacuatis 19. Cod. de Decurion. & fil. eor. &c.* quod etiam Jure Patrio ita cautum reperitur, Land-Recht *tit. 5. art. 1.* Quia tamen nulla Regula ita generalis est, ut non circa casus particulares suas limitationes patiatur, idcircò Justinianus *hoc tit.* plures causas adducit, propter quas se aliquis ab officio Tutoris, & administratione tutelæ legitimè excussare potest.

2 *Primò* itaque justæ excusationis causa est pluralitas liberorum, certô numerô definitâ, ita ut, qui Romæ tres, in Italia quatuor, aut in reliquis Provinciis quinque liberos habet, ei à tutela vel Curatela se excusare concessum sit. *Text. hìc, & in L. excusantur 2. §. remittit 2. ff. de excusat. & L. qui ad tutelam 1. Cod. qui numer. liberor. se excus.* Concordant ex parte nostra Jura Patria, dum indi-

stinctè

Eingang.

ES ist zwar, ohne verschiedener Umständen zu gedencken, ein allgemeine Regl, daß zu Annehmung deren Vormundschaften ein jedwederer gezwungen, und, gleichwie einem 1
widerwilligen Pupillen, also auch ein Vormunder wider seinen Willen gegeben werden könne; dann dises erfordert theils der gemeine Nutzen, damit zum Besten deren Waisen an Platz ihrer verstorbenen Eltern Vormunder und Versorger bestellet werden, theils der Stand deren Pflegkindern, als die sich wegen schwachen Alters und Verstands noch nicht genugsam selbst zu beschützen vermögen, theils aber auch die Eigenschaft des vormundschaftlichen Amts, massen selbes ein nothwendiges, und ein offentliches Amt ist, zu welchem auch ein Widerwilliger genöthiget werden kan, wie in unsern Land-Rechten *tit. 5. art. 1.* ebenfalls fürgesehen ist. Weil aber gleichwohl keine Regl ohne Ausnahm, dahero bringet Justinianus in disem Titl mehrerley Ursachen bey, wegen welchen sich einer von dem Amt und der Verwaltung einer Vormundschaft entschuldigen könne.

Die erste Ursach demnach einer gerechten Entschuldigung von Vormundschaften ist die durch eine gewisse Zahl bestimmte Vilheit 2
deren Kindern, also daß, wer zu Rom 3. in Welschland 4. und in andern Ländern 5. Kinder hat, sich von der Vormundschaft oder Versorgung entschuldigen könne; mit welchen auch die Chur-Bayrische Land-Recht zum Theil übereinstreffen, da sie ohne Unter-

ſtinctè illi excuſationem permittunt, cui quinque liberi ſunt. Land-Recht *tit. 5. art. 1.* verb: er hab dann fünf, oder mehr eheliche Kinder: Idque conceditur tum in præmium fæcunditatis, quia Reipublicæ intereſt, liberis locupletari, *arg. L. ambiguitates 2. Cod. de indict. viduit. &c. tollend.* tum ne pluribus liberis aliàs oneratus magìs oneretur. *L. Divus Severus 18. ff. ad municip. & de incol.* Partim etiam, ut talis pater pluribus liberis ſuis intentiùs providere poſſit, cùm nemo, neglectîs propriîs, aliena curare debeat. *arg. L. filiusfamilias 8. ſ. fin. ff. de Procurat.* Partim quia numerus liberorum aliunde excuſat à muneribus publicis, ut *hìc* verba: *exemplô cæterorum munerum* inſinuant, & *L. & qui originem 3. ſ. quamvis major 6. ff. de muner. & honor.* ſtatuitur: ergo etiam à tutela, quæ juxta dicta munus publicum eſt, excuſationem præbere debet.

3 Quia verò magnum inter Liberos diſcrimen occurrit, ideò ſciendum, non omnes omninò Liberos in hunc numerum, à tutela excuſantem computari poſſe. Sic *1mò* filii ſpurii, aut ex damnato coitu nati, ad excuſationem à tutela non proſunt, ne eorum pater ex ſuo delicto commodum, nempè liberationem ab officio tutoris, percipiat. *L. excuſantur 2. ſ. legitimos 3. ff. de excuſat.* *2dò* Filii quoque naturales tantùm non juvant, cùm enim hi nunquam ſint in patria poteſtate, *princ. Inſt. de patr. poteſt.* de iis providere ad patrem non pertinet, cujus proviſionis tamen favore, ſecundùm ſuperiùs dicta, aliquis excuſaretur. Conveniunt tam quoad ſpurios, quàm naturales, Jura Bavarica, Land-Recht *tit. 5. art. 1.* per verb: oder mehr eheliche Kinder ꝛc. quibus æquè, ac in *cit. L. excuſantur 2. ſ. 3.* per verbum *legitimos*, ſpurii & naturales excluduntur. *3tiò* Ad excuſationem à tutela non conducunt proles adhuc in utero materno exiſtentes; quia, ſicut in denuò *cit. L. excuſantur 2. ſ. qui autem 6.* JCtus Modeſtinus ait: *qui autem in ventre eſt, etſi in multis partibus legum comparatur jam natis, tamen neque in præſenti quæſtione, neque in reliquis civilibus muneribus prodeſt Patri &c.* ita ratio ulterior hæc dari poteſt, quia, licèt exiſtens in utero pro jam nato habeatur, cùm de ipſius proprio commodo agitur, hoc tamen non procedit,

schied jenen der Vormundschaft begeben; welcher mit 5. Kindern versehen ist, *tit. 5. art. 1.* er hab dann fünf oder mehr eheliche Kinder. Und diſe Entschuldigung wird theils zum Lohn der Fruchtbarkeit zugestanden, allermassen dem gemeinen Weesen vil daran ligt, mit Kindern bereichert zu werden, theils damit der, so ohnehin schon mit mehrern Kindern beladen ist, nicht noch häuffiger belästiget werde, theils auch, auf daß ein solcher Vatter seinen vilen Kindern desto besser fürsehen könne, weil niemand mit Verabsaumung seiner eignen-frembde Sachen zu besorgen gedrungen werden kan; theils endlich, weil die Mehrheit deren Kindern überhaupts von denen offentlichen Aemtern, und folglich auch von der Vormundschaft entschuldiget, als welche, wie wir schon öfters gesagt, nicht minder unter die öffentliche Aemter gezehlet wird.

Weil aber doch unter denen Kindern ein grosser Unterschied waltet, so ist zu wissen, daß nicht alle Kinder in die Zahl deren, welche von der Vormundschaft entschuldigen, eingerechnet werden können. Also nutzen erstens zu dergleichen Entschuldigung jene Kinder nicht, die keinen gewissen Vatter haben, oder welche aus verdammlichen Beyschlaff gezeugt worden, damit deren Vatter aus seinem Verbrechen keinen Vortheil, nemlich die Vormundschafts-Befreyung, geniesse. Andertens die natürliche oder allein uneheliche Kinder helffen gleichfalls nicht, dann weil diſe niemal in vätterlichen Gewalt stehen, hat ihnen der Vatter auch nicht fürzusehen, wegen welcher Fürsehung jedoch, wie wir kürtzlich gehört, ein Vatter von der Vormundschaft entlediget wurde. Sowohl die Erstere, als Letztere dergleichen Kinder betreffend, kommen die Chur-Bayrische Land-Recht *tit. 5. art. 1.* übereins, massen beede durch die allda enthaltene Wort: oder mehr eheliche Kinder ausgeschlossen werden. Drittens entschuldigen jene Kinder nicht, welche annoch in Mutter-Leib verborgen ligen, dann, wie der Rechts-Lehrer Modestinus sagt, obwohl diſe in vilen Theilen der Gesätzen denen schon würcklich gebohrnen verglichen werden, so nutzen sie doch weder in diſem Fall, noch in denen übrigen Burgerlichen Aemtern, dem Vatter nicht zur Befreyung, und zwar von darum, daß, ob zwar der noch im mütterlichen Leib Verschlosse-

3

cedit, quando de alterius favore agitur, prout hìc patris favor & commodum verſaretur; ratio rationis eſt, quia favor, quo in utero matris latens jam natus cenſetur, in folius in utero exiſtentis commodum lege introductus eſt, qui proinde ad alios non rectè extenditur. *4tò* Ad declinandam tutelam Patri adoptanti non ſuffragantur filii adoptivi: *Text. hìc, & in L. ſextum decimum 2. ſſ. adoptivi 2. ff. de vacat. & excuſat. mun.* Quia per adoptionem Reipublicæ nullum emolumentum accreſcit, propter quod quis excuſari poſſit; & quamvis talis adoptans onus per adoptionem in ſe recipiat, id tamen liberè ſibi imponit, neque quodvis onus ſimpliciter excuſat, ſed illud ſolùm, quod vel Reipublicæ causâ, vel in illius utilitatem ſuſceptum eſt, aliàs quilibet variis oneribus ſe ſubjicere poſſet, ut officia publica ſubterfugeret, quod rei publicæ damnoſum foret. *5tò* Ad amoliendum tutelæ officium Patri quoque auxilium non ſubminiſtrant filii non ampliùs viventes, ſed præmortui. *Text. hìc, & allegat. L. ſextum decimum 2. ſſ. adoptivi 2. ff. dict. tit. & L. excuſantur 2. ſſ. oportet autem 4. ff. de excuſation.* Hi enim nec Patri ampliùs oneri, nec Reipublicæ commodo ſunt, aut eſſe poſſunt, quo utroque reſpectu privilegium, à tutela ſe excuſandi, conceſſum eſt. Et procedit hoc, etiamſi Reipublicæ causâ mortem oppetierint, verb. gr. ſi filius, in pugna vulneratus, poſtea domi moriatur, aut in obſidione, vel deprædatione perimatur. *Text. clarus hìc, & in L. bello amiſſi 18. ff. eod.* Tuentur quidem aliqui contrarium, inter quos Georgius Kees Viennæ olim Jurium Profeſſor *Inſtitut. hoc tit. num. 7.* Sed reclamante communiore ſententia: ex una enim parte *Textus noſter* diſtinctè ita ſolùm loquitur: *& conſtat, eos ſolos prodeſſe, qui in acie amittuntur*, quales tamen dici nequeunt, qui, utut vulnerati, alibi quàm in acie cadendô amittuntur; ex altera verò parte ſtrictam interpretationem expoſcit favor pupillorum, quorum intereſt, plures tutores habere poſſe, quod contingit, ſi facultas ſe excuſandi aliqualiter reſtringatur, reſtringitur autem, ſi tantummodò in acie amiſſi, non verò promiſcuè omnes in bello, vel occaſione belli, qualitercunque interempti, mortuíve ad excuſandum à tutela opitulari dicantur. Adminiculatur *L. ad excuſationem fin. ff. de vacat. & excuſ. muner.* ubi ait Modeſtinus: *ad excuſationem munerum defunctus filius non proſit, præterquam bellô amiſſus;* enimverò ſi in bello vulnerati, &

domi

ne schon für gebohren geachtet wird, da es dessen eigenen Nutzen anbetreffen thut, solches jedoch nicht Platz finde, wann es um den Nutzen eines andern, wie hier des Vatters, zu thun seye; dessen fernere Ursach ist, weil der Vortheil, daß ein noch nicht Gebohrner dem Gebohrnen gleich geachtet werde, nur allein zu Gunst des jenigen, der noch im Mutter-Leib sich aufhaltet, von denen Gesätzen eingeführt ist, folglich auf andere nicht kan erstrecket werden. Viertens seynd demjenigen, der Kinder an Kinds-statt annihmet, die also angenommene Kinder zur Vormundschafts-Entschuldigung nicht fürträglich, zumal durch die Anwünschung an Kinds-statt dem gemeinen Weesen kein Wachsthum oder Vermehrung (wie durch die Kinder Erzeugung) noch auch ein anderer zur Entschuldigung von der Vormundschaft dienender Nutzen beygehet; und obwohl der, so einen an Kinds-statt aufnihmt, mittls dessen ein Burd überkommet, so ladet er ihme doch solche selst freywillig auf; es entschuldiget aber nicht jede Burd überhaupts, oder ohne Unterschied, sondern nur jene, die entweders zum Besten des gemeinen Weesen, oder wegen demselben angetretten werden, ausser dessen ein jeder sich verscheidentlichen Burden freyer Dingen unterwerffen, damit er deren offentlichen Aemtern sich desto leichter enthalfftern möchte, wordurch dem gemeinen Weesen grosser Schaden erwachsen därffte. Gleicher gestalten seynd fünfrens zu Entschuldigung der Vormundschaft nicht behülfflich die schon vor verstorbene Kinder, weil sie weder dem Vatter mehr eine Last, noch dem gemeinen Weesen einen Nutzen verschaffen können, aus welchen Beweggründen doch die Vormundschaft geweigert werden mag; und dises greiffet auch Platz, wann schon der Tod wegen dem gemeinen Weesen erfolget wäre, zum Exempl, wann ein Sohn, in der Schlacht verwundet, hinnach zu Hauß gestorben, oder in einer Belagerung, und dergleichen kriegerischen Begebenheit. Es seynd zwar einige der widrigen Meynung, jedoch widerspricht ihnen der mehrere Theil der Rechts-Gelehrten mit besserem Bestand; dann eines Theils spricht unser Text hier mit klaren Worten, daß nur jene Söhn dem Vatter zur Entschuldigung von der Vormundschaft nutzen thun, welche in der Schlacht verlohren worden, von einem solchen aber, welcher in der Schlacht zwar verwundet, doch anderwärtig hinnach

domi ſubinde mortui prodeſſent, JCtus potiùs dicere debuiſſet, *præterquàm in bello, vel propter bellum, vel ex cauſa belli amiſſus*, quod tamen eò minùs dixiſſe cenſendus eſt, quò magis *in bello*, & *propter bellum*, vel *ex cauſa belli* inter ſe diverſæ ſignificationes eſſe apparent.

E contrario autem ad excuſationem munerum, quale Tutela eſt, proſunt filii in ipſo belli certamine, ſeu acie occiſi, & amiſſi, per *text. manifeſtum hìc, dict. L. bello amiſſi 18. & L. fin.* Rationem aſſignat Imperator noſter in verbis: *hi enim, qui pro Republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur.* 2dò Ad eundem finem Patri naturali emolumento ſunt filii ab alio adoptati, *Text. hìc*, ex ratione, quia pater naturalis, non adoptivus, per generationem filii locupletavit Rempublicam, cujus locupletationis intuitu excuſſationis privilegium indultum fuit. 3tiò Etiam filii jam emancipati in conſiderationem veniunt, quia beneficium ſe excuſandi non à patria poteſtate, ſed à generatione prolis & augmentatione Reipublicæ provenit, unde Ulpianus in *ſæpè cit. L. ſextum decimum 2. §. 5. ff. de vacat. & excuſat. mun.* dicit: *incolumes liberi, etiamſi in poteſtate Patri ſuo deſierint eſſe, excuſationem à muneribus civilibus præſtant.* Ex qua ipſa ratione excuſationis cauſam etiam præbent filii, Religioſi vel Sacerdotes facti, quamvis enim quoad aliquos effectus juris civiliter mortui dicantûr, reverà tamen Reipublicæ magna obſequia, & commoda præſtant, quorum conſideratione patres illorum merito hoc excuſationis favore gaudere convenit. 4tò Demùm nepotes quoque ex filio prædefuncto, non item ex filia, proſunt. *Text. b. & cit. L. excuſantur 2. §. non ſolùm 7. ff. de excuſat.* Quòd verò nepotes ex filia præmortua non juvent, ratio eſt, quia hi non ſequuntur avum maternum, ſed paternum, *§. qui igitur fin. Inſtitut. de patr. poteſt.*

Deni-

nach verschieden ist, lasset sich mit Wahrheit eigentlich nicht sagen, daß er in der Schlacht umkommen, und verlohren worden; anderer Seiths verlangt deren Pflegkindern Vortheil eine engere Auslegung dises Texts, als welchen daran ligt, mehrere Vormunder haben zu können, welches geschicht, wann die Gelegenheit und Erlaub, von der Vormundschaft sich zu entschuldigen in etwas eingeschränckt wird, welche Einschränckung alsdann erfolgt, wann allein die ohnmittlbar in der Schlacht nicht aber auch die anderwärtig im Krieg, oder aus Ursach und mit Gelegenheit des Kriegs verlohrne Söhn einem Vatter zur Vormundschafts-Befreyung ersprießlich seynd.

Im Gegenstand aber seynd zur Entschuldigung von derley Aemtern, als die Vormundschaft ist, die Kinder fürträglich, so in dem würcklichen Kriegs-Kampff oder in der Schlacht getödtet und verlohren worden. Die Ursach gibt allhier Justinianus, weil jene, so für das gemeine Weesen gestorben, durch die Ehre ewiglich zu leben verstanden werden. Anderrens nutzen zu solchem Ende dem natürlichen Vatter seine von einem andern an Kinds-statt angenommene Kinder, aus Ursach, weil der natürliche Vatter, nicht aber der, so an Kinds-statt aufgenommen, durch die Erzeugung solcher Kinder das gemeine Weesen vermehret hat, wegen welcher Vermehrung dises Privilegium der Entschuldigung zugestanden ist. Drittens verstehet sich ein gleiches auf die aus dem vätterlichen Gewalt schon würcklich loßgelassene Kinder, weil kurtzgedachtes Privilegium nicht von dem vätterlichen Gewalt, sondern von der Erzeugung und Vermehrung des gemeinen Weesens entspringt. Aus welcher nemlichen Ursach auch allhier jene Kinder, so den Welt-Geistlichen Stand an- oder in Clöster getretten, dem Vatter zur Hülf dienen, dann ob sie schon in gewissen Rechts-Fällen gleichsam Burgerlich gestorben zu seyn erachtet werden, so schaffen sie doch in der That einer Gemeinde grossen Nutzen, wegen welchen ihre Vätter billich sich dises Entschuldigungs-Vortheils gebrauchen können. Viertens endlich kommen hiebey noch in Betrachtung die Encklen aus dem vor verstorbenen Sohn, nicht aber auch aus einer voran verschiedenen Tochter, zumal dise letztere nicht dem Mütterlichen, sondern dem Vätterlichen Anherrn nachfolgen.

Denique hìc notandum ſupereſt, illum, qui à tutela ſe excuſare intendit, eo, quo ad tutoris officium ſubeundum depoſcitur, tempore, requiſito prolium numero inſtructum eſſe debere, *cit. L. excuſantur 2. ſ. numerum 8. ff. de excuſ.* unde ſi alicui, quinque liberos habenti tutela defertur, quam ille per excuſationem declinat, poſtea mortuo liberorum uno hanc ipſam tutelam jam ſemel excuſatam ſuſcipere ampliùs non tenetur, *dict. L. 2. ſ. oportet autem 4.* quamvis aliam novam non effugiet.

§. Item Divus Marcus I.

4 *Secunda* ratio, ob quam quis à tutela excuſari poſſit, eſt Adminiſtratio Fiſci, *Textus hìc*, publica enim utilitas privatæ prævalet, *L. Lucius Titius 21. in princ. ff. ad municip.* & ob paritatem rationis excuſantur etiam Principis Conſiliarii, *L. Jurisperitos 30. ff. de excuſat.* Adminiſtratores rerum Principis, *L. adminiſtrantes ff. eod.* item curam alicujus rei Principis gerentes, quamdiu gerunt, præſertim ſi commodè & curam rei, & tutelam gerere nequeant; *L. Geometræ 22. ſ. hi verò 1. ff. dict. tit.* magìs enim publicis, quàm privatis providendum eſt. *Authent. res quæ ſubjacent Cod. commun. de legat. & fideicom.* Hodie potiſſimùm excuſantur die Renntmeiſter, Steur-Buchhalter, Steur-Laſſer, Steur-Einnehmer, & ſimiles, qui unà cum ſuo officio difficulter tutelas adminiſtrare poſſunt, ne, dum quis ſit pluribus intentus, minor ſit ad ſingula ſenſus, néve, dum ad utrumque feſtinatur, neutrum benè peragatur, ut ait Juſtinianus in *L. fin. in princip. Cod. de adſeſſor. & domeſt. &c.*

§. Item qui Reipublicæ causá II.

5 *Tertiò* à tutela ſuſcipienda ſe excuſare poſſunt, qui Reipublicæ causâ abſunt, *Text. hìc*, nemo enim duobus Dominis ſervire poteſt.

Id

Letztlich ist hier wohl anzumercken, daß der jenige, welcher sich von einer Vormundschaft zu entschuldigen gedenckt, zu der nemlichen Zeit, da ihme dieselbe aufgeburdet werden will, die erforderliche Zahl der fünf Kindern würcklich besitzen müsse; dahero, wann einem, der so vile Kinder hat, eine Vormundschaft zugemuthet wird, und er selbe mittls Entschuldigung von sich schiebet, hinnach aber ein Kind davon ihme verstirbt, ist er die schon einmal abgeschlagene Vormundschaft anzunehmen nicht mehr schuldig, einer andern neuen aber wird er schwerlich entgehen.

§. Item Divus Marcus I.

Die zweyte Ursach, wegen welcher sich jemand von einer Vormundschaft entschuldigen kan, ist die Verwaltung eines Fiscal-Amts, dann der allgemeine ist dem privat- oder sonderbaren Nutzen einzerley Personen, als ein Pupill. oder Minderjähriger ist, vorzuziehen. 4 Wegen Gleichheit der Ursach werden auch entschuldiget die Räthe eines Fürstens, die Verwalter deren Sachen eines Fürstens, und jene, so über einige Güter eines Fürstens Sorg tragen müssen, so lang ihnen dise Sorg aufgelegt ist, sonderlich in dem Fall, da sie die nemliche Obsorg zugleich neben der Vormundschaft nicht komentlich führen können, weil mehrers dem gemeinen als Privat-Weesen fürzusehen ist. Heuntiges Tags werden am meisten entschuldiget die Renntmeister, Steur-Buchhalter, Steur-Lasser, Steur-Einnehmer, und dergleichen, welche nebst ihrem Amt schwerlich die Vormundschaft wohl verwalten können, damit nicht, da einer auf gar zu Viles zu dencken hat, auf das Mehrere ein kurtzer Sinn gewendet, oder nach dem Ausspruch Justiniani, da man auf zweyerley Geschäften sich verleget, keines gut verrichtet werde.

§. Item qui Reipublicæ causâ II.

Diritens können sich von der Vormundschaft die jenige entschuldigen, welche des gemeinen Weesens wegen abwesend seynd, 5 dann niemand kan zweyen Herren dienen; ja so gar, wann ein

Id ipſum etiam colligitur *ex L. adminiſtrantes 41. ſſ. eorum 2. ff. de excuſat.* quin imô, ſi is, qui Reipublicæ causâ abfuit, revertatur, poſt reditum ſuum integro adhuc anno excuſationis à tutela accipienda beneficio gaudet. *Text. h. & L. non ſolùm 10. in pri. & ſſ. quas denique 2. ff. eod. nec non L. certum eſt 2. Cod. ſi tut. vel Curat. Reipubl. cauſ. aber.* Procedit hoc autem ſolummodò circa tutelam ſuſcipiendam: aliud enim dicendum eſt de jam ſemel ſuſcepta, ab hac enim alicui, Reipublicæ causâ abſenti, ampliùs ſe abſolutè excuſare non conceditur, ſed ſolùm eatenùs, & ad illud tempus, quo abeſt, *L. qui tutores 1. Cod. ſi tut. vel Curat. Reipubl. cauſ.* intra quod temporis ſpatium abſens periculo tutelæ non adſtringitur; ut tamen interea pupillo proſpiciatur, ſtatuit hìc Juſtinianus, ut in abſentis tutoris locum Curator detur; quamprimùm verò Tutor redierit, mox iterum ſuſceptam tutelam gerere tenetur, non enim illi unius anni intervallum indulgetur, ſicut aliis abſentibus ad excuſationem à tutela ſuſcipienda. *cit. L. non ſolùm 10. ſſ. quas denique 2. ff. de excuſat.* In caſu tamen, quo aliquis tutelâ jam ſuſceptâ Reipublicæ causâ abſens foret, non reverſurus ante pubertatem pupilli, non Curator, ſed alius tutor dandus eſt. *L. tutor quoque 3. ſſ. ſi quis abfuturus 10. ff. de ſuſpect. tutor. & Curator.*

Quinam verò Reipublicæ causâ abeſſe cenſeantur, deſumendum eſt ex *L. abeſſe Reipublicæ 32. L. qui mittuntur 35. L. Reipublicæ causâ 36. & L. ſi cui 38. ff. ex quib. cauſ. major. 25. ann. in integr. reſtit.* quò brevitatis causâ Lectorem remitto.

§. Et qui poteſtatem III.

6 QUartò à novæ tutelæ ſuſceptione ſe excuſandi facultas iis quoque competit, qui habent poteſtatem aliquam cum dignitate, quales

solcher von seiner Abwesenheit zuruckkommet, ist ihme erlaubt, nach der Zuruckkehr sich noch ein gantzes Jahr lang zu entschuldigen, jedoch also, daß solche Entschuldigung nur bey einer erst neu anzunehmen seyenden Vormundschaft statt finde, ein anderes aber ist von einer schon vorhin übernommenen Vormundschaft zu verstehen, massen von diser sich einer, der auch wegen dem gemeinen Weesen abwesend ist, sich nicht mehr gantz und gar, sondern nur in so weit und lang entschuldigen kan, als lang seine Abwesenheit dauret, unter welch- währender Abwesenheits-Zeit er jedoch um keine Gefahr oder Verantwortung der Vormundschaft hafftet; damit aber indessen dem Pupillen fürgesehen werde, befilcht allhier Justinianus, daß demselben, in so lang der Vormunder abwesend, an dessen Platz ein Versorger gesetzt werde. Doch so bald der Vormunder wird zuruck gelangt seyn, muß derselbe alsogleich wiederum die aufgehabte Vormundschaft verwalten, und wird ihme zur Entschuldigung kein Jahrs-Frist, wie im vorigen Fall, wo es um die Annehmung einer neuen Vormundschaft zu thun ist, gestattet. Sofern aber ein Vormunder, der schon würcklich mit einer Vormundschaft beladen ist, zum Nutzen des gemeinen Weesens abwesend seyn müste, und vor der Vogtbarkeit des Pupillen nicht mehr zuruckkommen könte, wäre dem Pflegkind kein Versorger, sondern ein anderer Vormunder aufzustellen.

Wer aber eigentlich des gemeinen Weesens halber abwesend zu seyn erachtet werde, wird nebenstehend aus dem Lateinischen Innhalt besser zu erkundigen seyn. Ich melde dahero nur kürtzlich, daß hierunder hauptsächlich verstanden werden, welche von dem gemeinen Weesen, zum Nutzen oder in Geschäften desselben verschicket seynd, welches hauptsächlich der vernünftigen Entscheidung jedwederer Obrigkeit überlassen wird.

§. Et qui potestatem III.

Viertens mögen sich von einer neu anzunehmen seyenden Vormundschaft der Entschuldigung gleichfalls jene gebrauchen, welche einen mit Würde begleiteten Gewalt besitzen, als da seynd 6

les ſunt in Imperio Magiſtratus, quique majorem honoris gradum obtinent, uti Conſules, Prætores &c. *Text. hìc, & L. ſi duas 6. §. remittuntur 16. L. non tantùm 17. §. ſanè 5. L. adminiſtrantes 41. in princ. ff. de excuſat.* ne propter tutelarum geſtionem bonum commune & publicum, particulari pupillorum commodo prævalens, negligatur. Si verò, ante acquiſitam poteſtatem, tutelam jam ſuſceperunt, ab illa ſe poſtea excuſare ampliùs nequeunt, *Text. hìc, & dict. L. non tantùm 17. §. ſanè 5.* quod enim inceptum eſt, perfici debet; *§. mandatum 11. Inſtit. de mandat.* aliam rationem ſuggerit Schneidewin. *ad hunc §. n. 2.*

§. Item propter litem IV.

7 QUintam excuſationis à tutela cauſam Tutori ſubminiſtrat lis, inter ipſum & pupillum ſuper aliqua hæreditate, majore parte bonorum, aut omninò de omnibus bonis verſans, *L. propter litem 21. in princ. ff. de excuſat. & Text. hìc,* quia talis Tutor aut adversùs ſe ipſum agere, aut pupillum non ritè defenſum relinquere deberet, quorum illud naturali rationi, hoc Tutoris officio & obligationi repugnat. Aliter res ſe habet, ſi ſolummodò de re modica litigetur, tunc enim excuſatio locum non invenit; *Text. hìc, & dict. L. 21. in princ.* Hoc autem denuò de tutela noviter aſſumenda ſolummodò intelligendum eſt, ſi enim poſt jam ſuſceptam litigium inter Tutorem & pupillum oriatur, ob illam excuſationi locus non patet, ſed interea pupillo Curator in litem dandus eſt, *§. ſi inter tutorem fin. Inſtit. de authorit. tutor. & L. ſi quas petitiones 1. Cod. de in lit. dand. tutor. vel Curat. & L. an tibi 2. in fin. Cod. eod.* litè verò finita tutor iterum tutelam adminiſtrare debet.

Cæterùm hodie excuſationi à ſuſcipienda tutela propter litem via & occaſio non ampliùs ſuppetit, quia aliunde Debitores, & Creditores pupillorum, eorundem Tutores eſſe nequeunt, Jure ſcilicet Novellarum *Collat. 6. tit. 1. cap. 1.* ſive *Novell. 72. cap. 1. & Authent. minoris Cod. qui dar. tutor. vel Curator. poſſ.*

§. Item

dem Reich die Obrigkeiten, und die in grössern Ehren stehen, wie Burgermeister, Richter ꝛc. damit durch Führung der Vormundschaften das Wohl des gemeinen Weesens, welches dem privat- oder sonderbaren Nutzen deren Pupillen vorzuziehen ist, nicht gehindert werde. Wann aber solche Personen schon vor der erhaltenen Würde einer Vormundschaft sich unterzohen, können sie dieselbe nicht mehr von sich schieben, dann, was einmal angefangen ist, muß auch zu Ende gebracht werden.

§. Item propter litem IV.

Die fünfte Entschuldigungs Ursach reichet einem Vormunder an die Hand, wann zwischen ihme und dem Pflegkind ein Stritt um eine Erbschaft, um den grössern Theil der Güter, oder wohl gar um alles Vermögen obwaltet, weil ein solcher Vormunder entweders wider sich selbst handlen, oder den Pupillen unbeschützt lassen müste, welch- ersteres der natürlichen Vernunft, letzteres aber der Amts-Pflicht eines Vormunders widerstrebet. Ein anders ist, so der Stritt nur etwas weniges betrift, dann alsdann findet keine Entschuldigung Platz. Doch ist dises mehrmal nur auf eine noch nicht übernommene Vormundschaft auszudeuten, massen, wan nach würcklich angetrettner Vormundschaft sich erst ein Proceß zwischen dem Vormunder und Pflegkind erhebet, hat deßwegen die Entschuldigung nicht mehr statt, sondern es ist indessen dem Pupillen zu Führung des Stritts ein anderer Versorger zu stellen, und nach erledigten Streithandel die Vormundschaft alsogleich von dem Vormunder wider zu verwalten. 7

Ubrigens ist heuntiges Tags zu der Entschuldigung von der Vormundschaft wegen einem Stritt Weeg und Gelegenheit nicht leichtlich mehr verhanden, weil die Schuldner und Glaubiger deren Pupillen, nach dem Recht der Novellen, zu keiner Vormundschaft gelassen werden.

§. Item

§. Item tria onera V.

3 *Extò* excuſationem à ſuſcipienda tutela ille allegare poteſt, qui aliundè jam tres non affectatas tutelas vel Curatelas gerit; *Text. hìc, & L. excuſantur 2. §. fin. ff. de excuſat.* quod partim in favorem pupillorum, partim in commodum tutorum ita conſtitutum eſt, ut eò commodiùs attentiúsque tum pupillaria, tum propria bona adminiſtrare valeant, quod fieri vix poſſet, ſi tutelis ultrà modum & numerum gravarentur, cùm nemo pluribus, ſibi ipſi nocivis, officiis fungi debeat, *arg. L. ille, à quo 13. §. tempeſtivum 4. ff. ad SCt. Trebellian.* Jus noſtrum ſtatutarium, quamvis propter tutelas jam ſuſceptas excuſationem admittat, non tamen exprimit, quot numero tutelæ excuſent, ſed præcisè dicit: oder ſey darvor mit ſchwären Vormundſchafften beladen, Land-Recht *tit. 5. art. 1.* cùm ergò per duas tutelas jam pluralis numerus, in *primùm cit. art.* expreſſus, habeatur, videtur alicui ad excuſationem prodeſſe, ſi ſolùm duas tutelas, eásque valdè oneroſas, adminiſtret, circa quod tamen arbitrio Judicis locum reliquendum eſſe puto; neque per hoc Jus Bavaricum à Jure communi differre exiſtimes velim, quia, ut docet *Manzius Inſtit. hìc num. 3.* etiam propter duas nimiùm negotioſas moleſtásque, imò propter unicam quoque, difficultatibus rationum conficiendarum & reddendarum obnoxiam tutelam, dicto jure communi, ſe excuſare conceſſum videatur, *arg. L. ſi is 31. §. fin. ff. de excuſat.* Pluralitas autem tutelarum non à numero pupillorum, aut bonorum pupillarium, ſed à pluralitate & diverſitate patrimoniorum deſumenda eſt; ait enim hìc Juſtinianus: *ùt tamen plurium pupillorum tutela, vel cura eorundem bonorum, veluti fratrum, pro una computetur;* Quod ipſum vult Ulpianus in *L. tria onera 3.* & Paulus *in L. ſi is 31. §. cæterùm 4. ff. de excuſation.*

Porrò ut tres tutelæ excuſationi ſint, requiritur, ut omnes actu, & ſimul adminiſtrentur, ſucceſſivè enim geſtæ non relevant, quia hoc

caſu

§. Item tria onera V.

DJe sechste Entschuldigung darff von dem jenigen eingewendet werden, der ohnehin schon drey nicht selbst gesuchte Vormundschaften verwaltet, und geschiehet dises theils zum Nutzen deren Pflegkindern, theils zum Vortheil deren Vormundern, damit selbe desto besser und aufmercksamer sowohl deren Pupillen, als ihren eignen Gütern vorstehen können, welches kaum möglich, wann sie mit gar zu vilen Vormundschaften überladen wären, dann es ist keiner schuldig, mehrere ihm selbst schädliche Aemter zu tragen. Unsere Chur-Bayrische Rechte, obwohl sie wegen Mehrheit der Vormundschaften die Entschuldigung zulassen, werffen doch nicht aus, wie vile Vormundschaften hierzu erforderlich seyen, sondern sagen nur platter Dingen: oder sey darvor mit schweren Vormundschaften beladen, Land-Recht *tit 5. art. 1.* Weil nun in zweyen Vormundschaften schon eine mehrere Zahl begriffen ist, welche in kurtzgedachten Articul ausgedruckt wird, so scheinet es, daß sich einer, der nur zwey Vormundschaften hat, wann dise weitschichtig und beschwerlich seyen, wohl entschuldigen könne, wobey jedoch auf die Ermessung der Obrigkeit acht zu haben vermeyne. Söndert sich auch durch dises das Chur-Bayrische Land- von dem gemeinen Recht nicht ab, weil nach disem letztern, wie Manzius lehret, sich jemand wegen zweyen weitläuffigen und mühesamen, und wohl auch wegen einer eintzigen Vormundschaft, welche bey Verfaß- und Ablegung deren Rechnungen sonderheitlichen untergeben ist, entschuldigen könne. Dise Mehrheit deren Vormundschaften aber ist nicht von der Vile deren Pflegkindern, oder deren Pupillarischen Gütern, sondern von der Vilheit und Anzahl deren absonderlichen Vermögenschaften abzunehmen, dann es sagt Justinianus allhier: doch daß die Vormundschaft mehrerer Pflegkindern, oder die Versorgung ihrer Gütern, gleich deren Brüdern, für eine gehalten werde. 8

Damit aber drey Vormundschaften zur Entschuldigung helffen, ist erforderlich, daß selbe würcklich, und zugleich verwaltet werden, dann da sie nach und nach geführet worden, entschuldigen

casu cessat ratio excussationis, quæ ideò conceditur, ne ob multiplices tutelas, earúmque vix possibilem bonam administrationem, vel tutor, vel pupilli damnum sustineant. Ampliatur, ut etiam tres actu simul administratæ tutelæ ad excusandum non prosint, si una earum statim, vel brevi tempore sit finienda, *L. non tantùm 17. in princ. ff. de excusat.* quia modicum tempus, quo quatuor tutelæ gerendæ essent, v. g, semestre, multùm præjudicare, aut magnum damnum afferre non potest; imò si ex tribus tutelis una sit valdè modica, exiguum in administrando laborem requirens, etiam à quarta excusatio non datur, *L. spadonem 15. §. est autem 15. ff. eod.* quia tale modicum patrimonium, cùm pariter modicam diligentiam exigat, excusationem non meretur, quæ solúm ob graviora onera tutelæ conceditur, insupérque, stante tali exigui patrimonii tutela, satis adhuc reliquæ tres administrari possunt. Denique, ut tres tutelæ excusent, neutra debet esse affectata, vel studiô quæsita, *sæpè cit. L. spadonem 15. §. est autem 15. ff. dict. tit.* quia talis affectata tutela onus dici nequit, sed potiùs complacentia, cùm tamen solùm tria onera tutelarum dent excusationem, *cit. L. tria onera 3. ff. eod.*

Quæres, utrùm duas tutelas habens, ad tertiam verò vocatus, si contra hanc vocationem appellet, appellatione pendente à quarta se excusare valeat? Ad hoc respondet Modestinus in *L. diximus 4. in princ. ff. de excusat.* negativè, quia à parte rei tres tutelas non administrat.

Quæres ulteriùs, utrùm filiusfamilias ad tutelam vocari possit, si ejus pater jam tres alias tutelas administrat? R. Pariter negandô, quoniam tutela à filiofamilias suscepta etiam patrem obligat. *L. si filiusfamilias 7. ff. de tutel.*

§. Sed

sie nicht, weil in solchem Fall die Ursach der Entschuldigung aufhöret, als welche deßwegen gestattet wird, damit bey gar zu vilen Vormundschaften wegen der zu einerley Zeit fast ohnmöglich fallenden Verwaltung entweders der Vormunder, oder die Pupillen keinen Schaden leyden dörffen. Welches dahin erweitert wird, daß auch drey zugleich würcklich führende Vormundschaften zur Entschuldigung nicht hinreichen, wann deren eine gleich, oder wenigist in Bälde zum Ende gehet, weil eine kurtze Zeit, in welcher vier Vormundschaften zu tragen wären, zum Exempel 6. Monat, keinen grossen Schaden bringen können. Ja, wann aus dreyen Vormundschaften eine gar klein seye, und geringe Mühe und Geschäften mit sich führe, findet die Entschuldigung von der Vierten nicht Platz, weil ein so weniges Vermögen, da es eben auch nur wenigen Fleiß erfordert, keine Entschuldigung verdienet, massen dise allein wegen grösseren Burden und Beschwärnussen deren Vormundschaften zugestanden wird, und bey solch geringer Vormundschaft die übrige drey von einem noch begnügig versehen werden können. Endlich damit drey Vormundschaften eine Entschuldigung würcken, muß keine freywillig, oder mit Fleiß gesucht worden seyn, zumal eine also nachgestrebte kein Burd, sondern vilmehr eine wohlgefällige Sach genennet werden kan, da doch allein drey Bürden deren Vormundschaften eine Entschuldigung verschaffen.

Nun ist die Frag, ob der, so zwar zwey Vormundschaften auf sich hat, zur dritten aber beruffen worden, und hierwider appelliert, unter währender Appellation sich, von der vierten entschuldigen könne? worauf Modestinus mit Nein antwortet, weil er nicht würcklich drey Vormundschaften verwaltet.

Weiters wird gefragt, ob ein unter vätterlichen Gewalt stehender Sohn zum Vormunder gestellet werden könne, falls dessen Vatter schon drey andere Vormundschaften verwaltet? Ich antworte gleichmäßig mit Nein, weil die von dem Sohn angenommene Vormundschaft auch den Vatter verbindlich machet.

§. Sed & propter paupertatem VI.

9 *Septimo* loco occurrit paupertas, quâ ſe etiam aliquis à tutela excuſare poteſt, *Text. hìc, & L. paupertas 7. nec non L. poſt ſuſceptam 40. ſ. paupertas. 1. ff. de excuſat.* indignum enim eſt, ut ille alienis rebus invigilet, qui ſuis vix præeſſe poteſt, nec tenetur aliorum bona adminiſtrare, qui ut ſibi adversùs malam famem prôvideat, vix non oſtiatim ſtipem quærere compellitur; hanc tamen paupertatem pro excuſatione allegans docere eandem, & probare vi *textûs* noſtri debet.

§. Item propter adverſam valetudinem VII.

10 *Octavò* conceditur excuſatio à tutela vel cura illis, qui ita cum morbis vel adverſa valetudine luctantur, ut ne ſuis quidem rebus vigilem oculum adhibere poſſint. *Text. h. & L. non ſolùm 10. ſ. fin. ff. eod.* Rationem aſſignat Tryphoninus JCtus in *L. Titius 45. ſ. fin. ff. hoc tit. ne impoſſibile injungatur tutelæ munus, quod obiri à liberto* (corporis aut mentis valetudine ab agendis rebus prohibito, ut verba textûs antecedentia habent) *non poteſt, cum incommodo pupilli, & adversùs utilitatem ejus.* Unde hæc excuſatio tam in incommodo infirmi, quàm in futuro damno pupilli fundatur. Dictis ſuffragatur *tot. tit. Cod. qui morb. ſe excuſ.* Hæc autem rursùm de excuſatione tutelæ primùm adeundæ procedunt; de jam adita verò aliud diſcrimen eſt faciendum, vel enim infirmitas ſuperveniens eſt perpetua, vel temporalis? ſi temporalis ſit, Tutor infirmus ſolùm excuſatur ad tempus, & interim Curator ſubſtituitur: *L. ſolet 13. ff. de tutel. & L. non ſolùm 10. ſ. ſi quis ita 8. ff. de excuſat.* Quando verò perpetua eſt, tunc tutor quoque in perpetuum excuſatione fruitur, & tutelam ſuſceptam rectè deponit, *L. idem Ulpianus 12. & L. poſt ſuſceptam 40. ff. eod.* ita, ut alium tutorem pupillo dari oporteat. *L. cùm plura 17. ff. de tutel.*

§. Si-

§. Sed & propter paupertatem VI.

IN dem siebenden Platz trittet die Armuth ein, als welche ebenfalls ein Entschuldigungs-Mittl wider eine zumuthliche Vormundschaft abgibet, indeme sich nicht gezihmet, daß der jene frembde Sachen besorge, der kaum denen seinigen vorzustehen vermag, und ist auch niemand schuldig andere Güter zu verwalten, der, damit er ihme wider den bittern Hunger fürsehe, gleichsam von Thür zu Thür das Allmosen zu suchen gedrungen ist; doch muß der, so die Armuth vorwendet, selbe auch beweisen. 9

§. Item propter adversam valetudinem VII.

AChtens wirdet denen jenigen die Entschuldigung von der Vormundschaft oder Versorgung zugestanden, die da mit solchen Kranheiten, oder Unpäßlichkeiten behafftet seyn, daß sie auf ihre eigene Sachen kaum ein wachtbares Aug verwenden, und also um so minder für andere Sorg tragen können, welchemnach dise Entschuldigung sowohl in der Ungemächlichkeit des Krancken, als in dem künftigen Schaden des Pupillen gegründet ist, jedoch gewinnet sie nur wider eine erst zu übernehmende Vormundschaft oder Versorgung Platz, bey einer schon würcklich angetrettenen aber ist folgender Unterschied zu machen, dann entweders ist die nachgekommene Kranckheit unheylbar, und folgsam beständig, oder sie ist annoch heylbar, und nur auf eine Zeit? Im letztern Fall wird der krancke Vormunder nur auf eine Zeit entschuldiget, und indessen ein Versorger bestellet; in ersterer Begebenheit aber bleibt derselbe von der angenommenen Vormundschaft auf ein Beständiges befreyet, und leget dieselbe billich ab, also, daß an seine Stell ein anderer Vormunder geordnet wird. 10

§. Similiter eos VIII.

11 Licet autem *Nonò* Divus Pius reſcripſerit, eos à tutela excuſandos eſſe, qui litteras neſciunt, *Text. hìc*, hanc tamen excuſationem Juſtinianus univerſaliter & promiſcuè de omnibus litterarum imperitis non admittit, eò quòd ex his multi ratione ſagacitatis, induſtriæ &c. ad adminiſtrationem negotiorum ſufficere poſſint; *Text hìc, & L. ſi duas habenti 6. ſſ. fin. ff. de excuſat.* maximè quia Inventarii confectio, & rationum conſcriptio, aliorum ope & opera expediri queunt, prout in Patria noſtra ex plebejis & ruſticis non modò ad tutelas, ſed etiam ad adminiſtrationes Eccleſiarum, Confraternitatum, Xenodochiorum, & aliarum cauſarum piarum, imperiti litterarum, teſte notoriâ obſervantiâ & experientiâ practicâ ſæpiſſimè adhibentur, rationes verò per hos reddendæ à locorum Judicibus & Magiſtratibus expediuntur, adminiſtrationis periculô ipſis tutelam vel aliud officium gerentibus relictô. Neque huic praxi obſtat Jus Bavaricum Land-Recht *tit. 5. art. 6.* ubi dicitur, imperitos, inhabiles (die Ungeſchickte) tutores à tutela amovendos eſſe; hunc enim articulum non tam de ignorantia litterarum, quàm de imperitia circa negotia gerenda intelligendum eſſe, ſatis clarè indicant verba: Wo auch bey der Vormunder oder Verſorger, und Treustrager Perſohnen ꝛc. unſchicklichkeit erfunden, oder verſaumliche Handlung geſpürt wurde. ꝛc. aliàs ſi à tutela vel cura omnes litterarum imperiti excuſationem haberent, ipſi pupilli & minores plebeiorum, imò multæ cauſæ piæ manerent indefenſæ, & neglectæ, ut benè arguit *L. B. de Schmid ad* Land-Recht *tit. 5. art. 1. num. 60.*

§. Item

§. Similiter eos VIII.

WBwohl neuntens nach denen ältern Rechten jene, die des Le-
sens und Schreibens unkündig waren, von der Vormund- 11
schaft entschuldigt wurden, so lasset doch Justinianus allhier dise Ent-
schuldigung bey denen des Lesens und Schreibens Unerfahrnen,
ansonst aber getreuen, fleißigen, und zu Führung deren Geschäff-
ten tüchtigen Personen nicht zu, weil die Aufrichtung deren In-
ventarien, und Verfassung deren Rechnungen durch die Hände,
Mühe, und Arbeit anderer ersetzt werden kan, wie dann nach
Zeugnuß der täglichen Erfahrenheit, und allgemeinen Gebrauchs,
in unsern Vatterland, aus dem Baurn- und andern gemeinen Volck
die des Lesens und Schreibens Unkündige häuffig nicht nur zu de-
nen Vormundschaften und Treustragungen, sondern auch zu Ver-
waltung deren Gottshäusern, Bruderschaften, Spittällern, und
anderer milden Stüftungen, unter der Kirch- und Zöch-Probsten,
oder andern Namen angestellet werden, in welchen Fällen die Obrig-
keit jeden Orts die Rechnungen an ihrer statt zu verfassen pflegt,
jedoch daß die Verwalt- und Verantwortungs-Gefahr denen also
Aufgestellten verbleibt. Stehen auch hierwider die Chur-Bayri-
sche Land-Recht *tit. 5. art. 6.* nicht im Weeg, da sie die untaugli-
che, ungeschickte Vormunder abzusetzen befehlen, dann dises nicht
von der Unwissenheit des Lesens und Schreibens, sondern von der
Ungeschicklichkeit und Unerfahrenheit in denen zu verrichten haben-
den Geschäften zu verstehen ist, wie die klare Wort des Articuls
anzeigen: wo auch bey der Vormunder oder Versorger, und Treus-
trager Personen. ꝛc. Unschicklichkeit erfunden, oder versaumliche
Handlung gespührt wurde. ꝛc. Ausser dessen, und wann alle des
Lesens und Schreibens Unwissende sich entschuldigen dörften, müsten
die meiste Pflegkinder und Minderjährige der Gemeinen, besonders
Baurs-Leuthen, ja auch vile Gottseelige Stüftungen, ohnbe-
schützt und vernachläßigt bleiben, wie Herr Baron Schmid über
die Bayrische Land-Recht *tit. 5. art. 1. num. 60.* mit mehrern
erindert.

§. Item

§. Item ſi propter inimicitias IX.

12 *Decimæ* excuſatio inſervit illi, quem Pater teſtamentô tutorem dedit, & quocum antea graves, neque poſtea remiſſas inimicitias aluit, quia per hoc magis inimicum ſuum moleſtiis divexare, quàm eundem filiis ſuis tutorem præficere velle videtur, cùm potiùs expediat patri, dare filiis tutores amiciſſimos. *L. amiciſſimos 36. in princ. ff. de excuſat.* Proinde tali tutori ſe excuſare conceſſum eſt, *Text. hic, & L. ſi duas 6. ſ. dat remiſſionem 17. ff. eod. nec non L. ſeveriter 14 Cod. dict. tit.* quòdſi tamen ſimilis inimicus patri promiſiſſet, ſe liberorum ejus tutelam ſuſcepturum, excuſatio ampliùs locum non habet, *Text. hic*, quod non tantùm in hoc caſu procedit, ſed generaliter advertendum eſt, quòd, quotiescunque juſtam ſe excuſandi cauſam habuerit, ſi tamen Patri de adminiſtranda tutela promiſſionem fecerit, tunc, quia omne promiſſum cadit in debitum, à tali promiſſa tutela, ſtante aliàs quacunque legitima excuſationis cauſa, ſe ampliùs purgare nequeat. *L. ſpadonem 15. ſ. qui patri promiſit 1. ff. de excuſat. & L. ex ſententia 29. in fin. ff. de teſtamentar. tutel.*

§. Non eſſe autem X.

13 STatuit *hic* Juſtianianus, eum, qui aſſerit, quòd Patri pupillorum fuerit ignotus, ex hoc ſolo capite à tutela excuſari non poſſe, *Text. hic, & cit. L. qui ſpadonem 15. ſ. qui dixerit 14. ff. de excuſat.* tutelæ enim adminiſtratio non tam notitiam, quàm dantis voluntatem, & pupillorum bonum reſpicit.

§. Inimicitiæ XI.

14 PRo *undecima* excuſationis cauſa adducuntur partim jam paulò antè memoratæ inimicitiæ graves & capitales inter patrem pupillorum vel minorum, & tutorem vel Curatorem, ſi nulla reconciliatio intervenerit; *Text. hic*, quia, cùm inimicitiæ ſæpiùs, ſi uni perſonæ obeſſe non poſſunt, in conjunctam erumpant, meritò timendum foret, ne pupilli

§. Item si propter inimicitias IX.

DJe zehende Entschuldigung kommet dem jenen zu statten, den der Vatter durch Testament zum Vormunder gesetzt, mit wel- 12
chen er zuvor schwere Feindschaft gepflogen, auch von selber nicht abgelassen hat, weil hierdurch ein solcher Vatter mehr seinen Feind zu spotten, und zu belästigen, als seinen Kindern einen Vormunder ordnen zu wollen scheinet, wo sich vilmehr gebühret, daß ein Vatter seinen Kindern die freundschaftlichiste Vormunder bestelle. Falls aber doch ein solcher Feind dem Vatter, die Vormundschaft zu übernehmen, versprochen hätte, so befreyet ihne hievon keine Entschuldigung mehr, welches nicht nur in disem Fall Platz findet, sondern insgemein zu wissen ist, daß, so oft einer eine billiche Ursach, sich zu Entschuldigen, für sich hat, wann er jedoch dem Vatter die Vormundschafts-Führung verheissen hat, alsdann, weil Versprechen macht halten, keine auch gerechtiste Entschuldigung von Annehmung der Vormundschaft entledigen könne.

—

§. Non esse autem X.

ALhier ordnet Justinianus, daß der jene, welcher vorgibet, dem 13
Vatter des Pupillen nicht gekennt zu haben, diser alleinigen Ursach wegen sich von dem Vormunder-Amt nicht entschuldigen könne, weil die Verwaltung dessen nicht auf die Bekanntschaft, sondern auf den Willen des Anordners, und deren Pupillen Nutzen siehet.

§ Inimicitiæ XI.

ALs die eylfte Entschuldigungs Ursach werden hier die zum Theil kurtz bevor schon erwehnte grosse, hauptsächliche und tödliche 14
Feindschaften zwischen einem Vatter deren Pupillen oder Minderjährigen, und einem Vormunder oder Versorger, wann keine Versöhnung entzwischen gekommen, angeführet, weil solche Feindschaften öfters, da sie einer Person nicht zu schaden vermögen, endlich

pilli earundem triſtem effectum ſentire deberent. Quænam autem dicantur inimicitiæ capitales, videatur deſuper *Schneidewin. Inſtit. ad hunc tit. & ſſ. num. 8.*

§. Item is, qui ſtatûs XII.

15 D*Uodecimò* ob hoc ipſum bonum & favorem pupilli, ne ex facto patris periculum ipſi à tutore metuendum ſit, illi quoque excuſatio permittitur, qui à patre pupilli ſtatûs controverſiam paſſus eſt, ſeu cui pater litem movit, an ſit ſervus, vel liber, ingenuus, vel libertus. *Text. h. & L. ſi duas 6. ſſ. ampliùs 18. ff. de excuſat.* Ratio militat eadem, quæ in *præced. ſſ.* timor nimirùm, ne talis tutor injuriam, ſibi à patre per controverſiam ſtatûs illatam, in filio ulciſcatur.

§. Item major XIII.

16 D*Ecimum tertium* excuſationis titulum ætas præbet, cujus intuitu majores ſeptuaginta annis Tutelas evitant. *Text. hìc.* Cùm enim ſenectus ſemper venerabilis ſit, oportet eos non ampliùs tutelis onerari, unde Calliſtratus JCtus *in L. ſemper 5. in princ. ff de jur. immunit.* dicit: *namque Majores noſtri penes eundem honorem ſenibus, quem Magiſtratibus tribuebant. Circa munera quoque municipalia ſubeunda idem honor ſenectuti tributus eſt.* Ex quo ſequitur, quòd, ſicut juxta *ſſ. 3. h. t.* Magiſtratus, ita etiam ſenex ſeptuaginta annos egreſſus, excuſationis à tutela beneficiô gaudeat, cùm enim in decrepita ætate ſenex ſibi ipſi parùm prodeſſe poſſit, inutiliter alienis negotiis præficitur. Interim tamen excuſatio non datur, niſi quis ſeptuageſimum annum compleverit, *L. excuſantur 2. in princ. ff. hoc tit.*, hinc etiam in noſtro textu dicitur *major ſeptuaginta annis*, cùm tamen talis non ſit, qui annum ſeptuageſimum non exceſſit.

Altera

noch wider die Anverwandte ausbrechen, sohin zu beförchten ist, daß nicht die Pupillen erst die traurige Würckungen derselben an ihren Persohnen und Gütern empfinden möchten. Was aber für Feindschaften haupt- und tödliche seyen, hievon ist Schneidewin über disen Titl und §. *num.* 8. zu lesen.

§ Item is, qui statûs XII.

Wölftens eben auch wegen dem Nutzen des Pupillen, damit ihme aus der That des Vatters keine Gefahr von dem Vor- 15
munder zu beförchten stehe, wird auch dem jenigen gestattet, sich von der Vormundschaft zu entschuldigen, welchem der Vatter des Pupillen seinen Stand angestritten hat, ob derselbe ein Knecht, oder freyer Mensch, ein Freygebohrner, oder Freygelassener seye. Die Ursach ist der im vorigen §. beygefügten gleich, damit nemlich ein solcher Vormunder die ihme von dem Vatter durch dergleichen Anstreittung erwisene Unbild an dem Sohn nicht rächen möchte.

§. Item major XIII.

Den dreyzehenden Entschuldigungs Behelff gibet das Alter, in Ansehung dessen ein mehr als 70. jährlicher Greiß der Vor- 16
mundschaft entgehet; dann weil das hohe Alter allzeit Ehren würdig ist, so gezihmet sich nicht, solche erlebte Personen mit Vormundschaften mehr zu beladen, wie dann auch, nach Ausspruch Callistrati, in denen gemeinen Rechten versehen, daß in anzutretten seyenden Aemtern dem Alter die nemliche Ehr und Freyheit, wie denen Magistraten, widerfahren solle; woraus folget, daß, gleichwie nach Ausweisung des dritten §. hieoben die Obrigkeiten, also auch einer, der über 70. Jahr alt ist, sich entschuldigen könne, dann da ein solcher in so ausgemergleten Alter ihme selbst mehr wenig Nutzen zu schaffen vermögend ist, wird er unnutzlich frembden Geschäften vorgesetzet; indessen gewinnet doch dise Entschuldigung nicht Platz, ausgenommen es habe einer das 70ste Jahr würcklich überstigen.

17 Altera pars *hujus ff.* agit de minoribus viginti quinque annis, quibus olim etiam facultas ſe excuſandi dabatur, ſed hodie ex conſtitutione Juſtiniani eò minùs locum obtinet, quò certiùs aliunde conſtat, minoribus tutelarum adminiſtrationem non permitti. *L. fin. Cod. de legitim. tutel. & L. cum filios 2. Cod. qui ætat. vel profeſſ. ſe excuſ.* incivile enim eſt, *eos, qui alieno auxilio in rebus ſuis adminiſtrandis egere noſcuntur, & ab aliis reguntur, aliorum tutelam vel Curam ſubire*, ut ait *Text. hìc;* ex qua Imperatoris data ratione differentia inter Jus Bavaricum & commune fluit, cùm enim in patria noſtra, annô vigeſimô primô completô, majorennis quis fiat, & Curatela finiatur, Land-Recht *tit. 5. art. 5.* ſuisque rebus ita major effectus providere poſſe dignoſcatur, etiam incivile foret, ſi alienis rebus, nempè pupillaribus, præfici prohiberetur, & per conſequens in Bavaria hoc ipſo, quòd quis poſt vigeſimum primum ætatis annum ad majorennitatem pertingat, à tutela vel Curatela ſe ampliùs excuſare nequibit.

§. Idem & in milite XIV.

18 D*Ecimam quartam* excuſationis cauſam Militia conſtituit, vi cujus cingulum militare actualiter gerentes, ſeu actuales milites, non modò à tutela ſe excuſare poſſunt, ſed neque volentes ad ejus adminiſtrationem admittuntur, *Text. hìc*, ne ſcilicet à numeris & ſignis ſuis avocentur, *L. militiæ 4. Cod. qui dare tutor. vel Curat. poſſ.* à quibus Reipublicæ ſalus ac incolumitas dependet. Dixi, *milites actuales*, nam ſi miles ex militia honeſtè dimiſſus ſit, pro numero annorum, quibus militavit, vi *L. ſed & milites 8. ff. de excuſat.* immunitatem à tutela vel cura conſequitur; ſi enim quinquenniô non exactô miſſionem obtinuit, nullo tempore vacat, ſi intra octennium, unô tantùm annô, ſi poſt octennium, duobûs, poſt duodecim annos trienniô, poſt ſexdecim quadrienniô à tutela liber eſt; qui verò viginti annos in militia

trans-

Der andere Theil dises §. handlet von jenigen, so noch nicht
25. Jahr erreichet haben, welche sich auch in ältern Zeiten von 17
der Vormundschaft entschuldigen könten, so aber dermal nach Ver-
ordnung Justiniani um so weniger mehr diensam, oder nöthig, als
ohnehin gewiß ist, daß die Minderjährige zu Verwaltung der Vor-
mundschaft nicht mehr zugelassen werden, dann es wäre unrecht,
wann jene, so selbst noch in Verwaltung ihrer Sachen frembder Hülf
bedürftig seynd, und von andern regiert werden, die Vormundschaft
oder Versorgung über andere auf sich nehmeten; aus welchen der
Unterschied zwischen dem gemeinen, und unsern Land-Recht entsprin-
get, dann da in Bayrn die Minderjährigkeit, und folglich auch die
Versorgung sich nach dem 21sten Jahr des Alters endet, Land-Recht
tit. 5. art. 5. sohin einer, der dises männliche Alter erreichet hat,
seinen Sachen selbst vorstehen zu können geachtet wird, wurde es
auch unrecht seyn, wann ihme verbotten wurde, frembde, nemlich
Pupillarische Güter zu verwalten, folglich kan sich einer eben durch
das, daß er nach dem 21sten Jahr mannbar werde, von keiner
Vormundschaft oder Versorgung mehr entschuldigen.

§. Idem & in milite XIV.

Die vierzehende Entschuldigungs-Ursach machet der Kriegs-
Stand aus, Kraft welchen die würckliche Soldaten nicht nur 18
von der Vormundschaft sich entwicklen können, sondern so gar, wann
sie auch wolten, hierzu nicht gelassen, damit selbe wegen einer Vor-
mundschaft von ihren Fahnen und Diensten, als von welchen das
Heyl und die Sicherheit des gemeinen Weesens abhanget, nicht
abgeruffen, noch gehindert werden. Ich habe gesagt, die würck-
liche Soldaten, dann wann ein Soldat mit Ehren entlassen wor-
den, so geniesset er die Befreyung von der Vormundschaft nach
der Zahl deren in Kriegs-Diensten zugebrachten Jahren; dahero,
wann einer vor 5. Jahren die Entlassung überkommen, stehet ihme
keine, da aber innerhalb 8. Jahren, auf ein Jahr, nach 8. Jah-
ren auf zwey Jahr, nach 12. auf drey, und nach 16. auf
vier Jahr die Freyheit von Vormundschaften zu; welcher aber 20.

transegit, poſtea cum honore dimiſſus per totum reliquæ vitæ ſpatium à tutela ſe excuſare poteſt, *cit. L. ſed & milites §. ff. qui autem 3.* idque in præmium laborum pro Republica exantlatorum. *L. fin. & ibi Gloſſ. fin. Cod. de his, qui non implet ſtipend &c.* Procedit autem hoc quoad tutelas pupillorum, quorum patres militiæ nomen dederunt; mortuo verò relictis filiis milite, talibus pupillis tutor miles, etiam poſt unum annum elapſum honeſtè dimiſſus, dari poteſt. *cit. L. ſed & milites §. in princ. ff. de excuſ.*

§. Item Romæ XV.

19 *Decima quinta* excuſatio Romæ competebat Grammaticis, Rhetoribus, & Medicis, *Text. b.* quod hodie in toto Romano Imperio procedit, quia in *L. ſi duas 6. ff. eſt autem 2. ff. de excuſat.* deſignatur numerus tum Grammaticorum, tum Rhetorum & Medicorum, quot in qualibet civitate eſſe debeant, qui ſint à tutelis exempti, quæ deſignatio foret inutilis, ſi hoc excuſationis privilegium ſolis Grammaticis, Rhetoribus, & Medicis Romæ exiſtentibus proditum foret. Ratio autem, cur tales à tutelis exemptione potiantur, in *cit. L. ſi duas ff. & Philoſophos 5.* redditur, quia publicè juvenibus proſunt; cùm ergo jam ſecundùm hoc bono communi & publico inſudent, alia ratione eidem eò minùs invigilare tenentur, quò magis per ſuſceptionem tutelæ in ſuo docendi munere impedirentur, & ideò Docens à muneribus immunis eſt, *L. Eos, qui 9. ff. de vacat. & excuſ. muner.* intereſt enim Reipublicæ, doctos habere, & doctrinam implantari, & propagari; unde Juſtinianus hìc dicit: *& qui in patria ſua has artes exercent, & intra numerum ſunt, à tutela & cura habent vacationem,* quoniam enim hæc bonarum artium ſtudia magnam deſiderant ſolertiam & induſtriam, ut juvenum animi iisdem excolantur, & quoniam Reipublicæ ingentem afferunt utilitatem, per tutelas ab his abſtrahendi non ſunt, *arg. Authent. agricultores Cod. quæ res pign. oblig. poſſ. & L. menſores 26 ff. de excuſ.* quod tamen Legum peritos non concernit, his enim, niſi alia elabendi cauſa inſtructi ſint, excuſatio ex hoc capite eo minùs ſuffragatur, quò faciliori, & pupillis conducen-

Jahr in Kriegs-Diensten erstreckt hat, und hinnach ehrlich verabschidet worden, der kan sich durch seine fernere gantze Zeit entschuldigen, und dises geschicht zum Lohn deren für das gemeine Weesen ausgestandenen Gefahren, Mühe, und Arbeiten, haltet aber nur Platz in Betreff deren Vormundschaften jener Pupillen, deren Vätter sich dem Soldaten-Leben ergeben; da hingegen ein Soldat verstirbet, und Kinder hinterlasset, so kan solchen Pupillen auch ein ehrlich entlassener Soldat nach Verfluß eines Jahrs zum Vormunder gegeben werden.

§. Item Romæ XV.

Unfzehendens meldet diser §. überhaupts, daß vor disem zu Rom, nunmehro aber in dem gantzen Römischen Reich, die 19
Professores oder Lehrer der Red- und Schreib- dann der Wohlredenheits-Kunst, die Weltweise, und Medici, sich von Vormundschaften und Versorgungen entschuldigen können, aus Ursach, weil selbe offentlich der Jugend Nutzen schaffen; zumal sie dann in disem Stuck schon dem gemeinen Weesen und dessen Nutzen abwarthen, seynd dieselbe zu anderweitigen Obsorgen nicht mehr verbunden, durch welche sie, als wie zum Exempel durch Vormundschaften und Versorgungen, von ihrem Lehr-Amt verhindert wurden, und ist dahero ein Lehrender von solcherley Burd- Stellen frey, weil dem gemeinen Weesen sehr vil daran liget, daß solche Künsten und deren Lehren befördert werden, welches doch die Rechts-Gelehrte nicht angehet, als welche, wann sie nicht andere Entschuldigungs-Ursachen anzuführen haben, der Vormundschaften und Versorgungen sich um so weniger entschlagen können, je leichter und nutzbarer sie selbe, nach gemeiner Lehr deren Doctorn, zu verwalten fähig seynd. Jedoch heuntiges Tags, wie Someting über disen Titl *num. 6.* davor haltet, seynd alle Professores und Lehrer von was immer für Facultäten und Wissenschaften, deren

Vor-

centiori modo, juxta communem D.D. ſententiam, tutelas curásve adminiſtrare poſſunt. Hodie tamen, ut *à Someting Inſtit. hìc num. 6.* inſinuat, omnes cujuscunque Facultatis Profeſſores, ſive in univerſitate aliqua, ſive in Gymnaſiis publicè doceant, à tutelis & Curatelis immunitate fruuntur, cùm pro omnibus eadem ratio pugnet.

§. Qui autem vult XVI.

20 QUi itaque plures ex enumeratis cauſis, ob quas excuſationi locus eſt, pro ſe habet, ſi in probatione unius defecerit, aliam adhuc intra conſtitutum tempus afferre, & deducere poteſt. *Text. h. & L. propter litem 21. §. qui ſe vult. 1. ff. de excuſat.*

21 Dixi *intra tempus conſtitutum*, quia certa præfixa ſunt tempora, de quibus mox, intra quæ excuſatio apud Judicem loci ordinarium eſt proponenda, *Text. hìc.* non enim confeſtim appellari debet, niſi excuſatio per Tutorem propoſita ab ordinario Judice repulſa eſſet, ut habetur in *L. ſiquidem 1. §. ſi quis tutor 1. ff. quando apell. ſit.* nam licèt regulariter, ſi quis munus publicum ſibi injunctum declinare intendit, certásque ejus declinandi cauſas habet, illas non coram eo Judice, qui juſſit, ut munus publicum ſuſciperet, ſed coram Judice ſuperiori proponere, & probare debeat, Divus tamen Marcus Imperator, in *cit. L. & §.* relatus conſtituit, ut munus tutelæ exciperetur, ejúsque excuſationes priùs intimarentur coram eo Judice, qui vel ipſe ad tutelam vocâſſet, vel alioquin vocandi poteſtatem habuiſſet.

Cæterùm tempus, intra quod excuſatio de jure proponenda eſt, vi *L. ſcire oportet 13. §. multa verò 1. ff. de excuſ.* pro duplici circumſtantia dupliciter quoque conſiderari debet. Vel enim Tutor excuſationem cogitans à loco, in quo tutela ipſi adminiſtranda foret, diſtat intra centeſimum lapidem, ſeu, quod idem eſt, minùs quàm centum milliaria Italica, quæ centum milliaria conſtituunt viginti quinque milliaria Germanica & tunc intra quinquaginta dies excuſationem ſuam proponere debet; vel diſtat à loco tutelæ ultrà centeſimum lapidem,

hoc

Vormundschaften und Versorgungen befreyet, ob sie schon auf einer hohen Schul, oder in einem Gymnasio ihre Lehr offentlich üeben, weil für samentliche einerley Ursachen streitten.

§. Qui autem vult XVI.

WEr demnach aus bishero erzehlten Entschuldigungs-Ursachen mehrere für sich hat, der kan, da er in Beweisung der einen nicht hinauszulangen vermögt, innerhalb der bestimmten Zeit eine andere beybringen, und ausführen. 20

Ich hab gesagt, innerhalb der bestimmten Zeit, weil gewisse Zeiten, von welchen gleich folget, vorgesetzt seynd, inner welchen 21
die Entschuldigung vor der ordentlichen Obrigkeit anzubringen ist, massen ein Vormunder nicht alsogleich an den höhern Richter appellieren soll, ausser es seye seine Entschuldigung von der ordentlichen Obrigkeit verworffen, oder abgeschlagen worden; dann obwohl insgemein, wann einer eines ihme auferladenen offentlichen Amts sich weigern will, und dessen gewisse Ursachen hat, derselbe solche Ursachen nicht vor der Obrigkeit, die ihme das Amt aufgetragen, sondern vor den höhern Richter anzubringen, und zu erweisen hat, so ist doch das Amt der Vormundschaft ausgenommen, und die Entschuldigung darwider bey jener Obrigkeit vorzutragen, welche selbst solches Amt auferladen hat, oder aufzuladen den Gewalt gehabt hätte.

Die Zeit aber, inner welcher die Entschuldigung bey der Obrigkeit angebracht werden solle, ist nach zweyerley Umständen zu betrachten; dann entweders ist der Vormunder von dem Ort, allwo er der Vormundschaft sich unterziehen solle, weniger als 100. welsche, oder 25. teutsche Meil Weegs entlegen, und solchen Falls muß sich derselbe innerhalb 50. Tägen entschuldigen; ist er aber noch weiter, und mehr als 100. welsche oder 25. teutsche Meil von dem Vormundschafts-Ort entfernet, alsdann werden ihme zu der

hoc eſt, plùs quàm centum milliaribus Italicis, aut 25. germanicis, tunc enimverò computatis in quemlibet itineris diem 20 milliaribus Italicis (tot enim pro itinere diurno Jura exigunt in *L. itinere faciendo 3. ff. de verbor. ſignit.*) ſive 5. germanicis, poſtquam ad locum tutelæ pervenerit, pro excuſatione facienda adhuc 30. dies habeat, ea tamen cautione hìc ab Imperatore appoſita, ut, ſi citiùs locum tutelæ attigerit, & tempus itineris ùnà cum 30. reliquis diebus dies quinquaginta non efficiat, eidem ultrà hos 30. adhuc tot dies pro excuſatione concedantur, & ſuperaddantur, quod ad complendum 50. dierum numerum deſunt, ne deterioris conditionis aut ordinis ſit illo, qui intra centeſimum lapidem à loco tutelæ habitat, ut pluribus exſplicatum eſt in *cit. L. ſcire oportet 13. ſ. aliud etiam 2. ff. de excuſat.*

Porrò circa tempus excuſationi proferendæ præſtitutum obſer-
22 vari adhuc oportet, computandum illud eſſe non à die, quo datus eſt Tutor vel Curator, ſed ex quo quis reſcivit, ſe tutorem vel Curatorem datum fuiſſe, *Text. b. & cit. L.* ſcire oportet §. multa verò 1. *verb. diem à quo cognoverit. L. quinquaginta 6. Cod. de excuſat. tutor.* Id ipſum tempus ſi tutor vel Curator datus elabi patiatur, atque intra illud excuſationis ſuæ cauſas allegare omittat, ad proponendas illas poſtea non admittitur, etiamſi illæ juſtiſſimæ ſint. *L. teſtamento 11. Cod. cit. tit.* quin etiam, ſi quis juſtam excuſationis cauſam habeat, eâ tamen neglectâ tutelam vel curam ſuſcipiat, ac negotia adminiſtrare incipiat, is poſtea, utut res adhuc intra quinquageſimum diem ſtet, excuſatione ampliùs uti nequit, huic enim per ipſam adminiſtrationem renunciâſſe cenſetur.

Hactenùs verò memorata concernunt tempus excuſationis Judici proponendæ, aliud verò præfixum eſt propoſitæ excuſationi probandæ & perficiendæ, ad hanc enim datur tempus quatuor menſium continuum, computatis nimirum diebus tam ad agendum in jure vel judicio

Dahinreyse auf jeden Tag 20. welsche oder 5. teutsche Meil angerechnet, und, nachdeme er an dem Ort der Vormundschaft angelangt, annoch 30. Täg zu Anbringung seiner Entschuldigung eingeraumet, jedoch mit diser von Justiniano gebrauchten Fürsorg, daß, wann die Täg der Reyß an das Vormundschafts-Ort, und die an dem Ort selbst verwilligte 30. zusammen nicht 50. Täg ausmacheten, alsdann dem Vormunder noch so vile Täg zugegeben und bewilliget werden sollen, als vile an der 50sten Zahl ermanglen, damit er nicht schlechter oder unwürdiger angesehen seye, als der jenige, welcher näher bey dem Vormundschafts-Ort gelegen ist, welchem überhaupt 50 Täg zugestanden seynd.

Jedoch ist bey der zur Entschuldigung bestimmten Zeit zu bemercken, daß selbe nicht von dem Tag, an welchem einer zum Vor- 22
munder oder Versorger gesetzt worden, sondern von jenem Tag angerechnet werde, an welchen er zu wissen angefangen, daß er solches Amt übernehmen solle; so nun ein Vormunder oder Versorger dise Zeit verstreichen lasset, ohne während derselben seine Entschuldigung der Obrigkeit vorzutragen, wird er hinnach, wann er auch die gerechtiste Ursachen hätte, nicht mehr hierzu gelassen, oder gehöret. Ja da auch ein Vormunder billiche Entschuldigungs-Behelf weiß, jedoch selbe vernachläßiget, die Vormundschaft oder Versorgung antrittet, und zu verwalten beginnet, ein solcher kan, wann schon die gesetzte Zeit noch nicht verflossen wäre, gleichwohl seiner Entschuldigung sich nicht mehr gebrauchen, weil er sich derselben durch die Annehm- und Führung der Vormundschaft verziehen zu haben geglaubt wird.

Was bishero gesagt worden, betrifft allein die Zeit, vor deren Auslauf die Entschuldigungen vor der ordentlichen Obrigkeit anzubringen, und vorzutragen seyen; ein anders ist, in was Zeit-Frist die vorgetragene Entschuldigungen ausgeführt, und zu Ende gebracht werden müssen. Hierzu nun seynd vier vorlauffende Monat bestimmet, worunter sowohl die zur Arbeit und Gerichtli-

dicio utilibus, quàm inutilibus, v. gr. feriatis; quòdsi excusatione intra 50. dies ritè proposita, & causâ intra quatuor menses subinde terminatâ, pro Tutore vel Curatore sententia feratur, tutelæ vel Curatelæ periculum ad ipsum non spectabit: si verò contra eundem pronuncietur, liberum illi erit contra sententiam appellare; *sæpè cit. L. scire oportet 13. in princ. ff. de excus. L. tutores 18. Cod. eod. L. si quidem 1. §. si quis tutor 1. ff. quand. appelland. sit.* succumbens autem postea in appellationis judicio totius illius temporis, quo ab administratione tutelæ vel Curatelæ cessavit, periculum sustinebit. *L. si absentibus 1. Cod. si tut. vel Curat. falf. allegat. excusat. sit.*

Postremò occasione distantiæ Tutoris à loco tutelæ adhuc scien-
23 dum est, quòd in casu, quo pupilli bona extra provinciam & ultra centesimum lapidem à loco Tutoris sita sunt, excusatio etiam locum inveniat. *L. non solùm 10. §. & qui testamento 4. L. propter litem 21. §. licèt datus 2. ff. de excusat. L. si Curatores 2. Cod. eod. tit.* per quod Jus commune à Bavarico discrepare videtur, quia hoc nullam certam determinatàmque distantiam locorum, vi cujus tutela recusari possit, designat, sed rem Judicis arbitrio relinquit, an excusationi deferre, & alium tutorem dare velit. Land-Recht *tit. 5. art. 1.* verb: oder auch da sie je so weit von den Pfleg-Kindern und ihren Güthern entsessen, daß sie schwerlich, und ohne der Kinder mercklichen Unkosten der Vormundschaft, der Gebühr nach, nicht könten abwarten, in solchem Fall ꝛc: sollen ihnen andere nutzliche und taugliche Vormunder gegeben, und also die Kinder desto baß vor Schaden und Verderben verhütet werden.

§. Datus autem Tutor XVII.

JAm suprà ad *§. certæ autem 4. Instit. qui testam. tut. dari possunt*
24 *num. 11.* diximus, tutorem certæ rei vel causæ dari non posse; unde hìc Imperator denuò statuit, quòd datus tutor ab una parte tutelæ se excusare nequeat, quia *ad universum patrimonium datus esse creditur.*

chen Handlungen taugliche als untaugliche, mithin Feyer- und Wercktäg eingeschlossen seynd. Im Fall nun bey einer innerhalb 50. Tägen angefangenen, und binnen 4. Monaten geendigten Entschuldigung die Verbschaidung für den Vormunder oder Versorger ausfallet, so ist selbe von der Gefahr, um etwas zu hafften befreyet, da aber der Sententz wider ihne gesprochen wird, so stehet ihme zwar bevor, hierwider zu appellieren, wofern er aber auch bey dem Appellations-Gericht unterliget, so hat er von der gantzen Zeit her, da er die Vormundschaft oder Versorgung anzunehmen geweigert, die Gefahr auszustehen.

Letztlich ist aus Veranlassung der weiten Entlegenheit eines Vormunders von dem Ort der Vormundschaft noch zu wissen, daß, 23
im Fall die Güter des Pupillen auſſer Lands, und über 25. teutsche Meil von des Vormunders Wohnstatt entfernet seynd, auch die Entschuldigung Platz greiffe. In welchen Punct die gemeine Recht von unsern Bayrischen sich zu unterscheiden scheinen, massen in disen letztern keine gewisse und benannte Entlegenheit, welche zur Entschuldigung diene, bestimmet ist, sonder der Ermessung des Richters überlassen wird, ob er der Entschuldigung statt thun, und einen andern Vormunder setzen wolle. Land-Recht *tit. 5. art. 1.* Oder auch da sie je so weit von den Pflegkindern und ihren Gütern entsessen, daß sie schwerlich und ohne der Kinder mercklichen Unkosten der Vormundschaft, der Gebühr nach, nicht könten abwarten, in solchem Fall ꝛc. sollen ihnen andere nutzliche und taugliche Vormunder gegeben, und also die Kinder desto baß vor Schaden und Verderben verhütet werden.

§. Datus autem Tutor XVII.

WIr haben schon oben im vierzehenden Titl vierten §. *num. 11.* gesagt, daß über keine gewisse Sach oder Stritt ein Vor- 24
munder geordnet werden könne; dahero dann hier Justinianus mehrmal befihlet, daß sich ein Vormunder von einem Theil der Vormundschaft nicht entschuldigen möge, weil er über das gesamte Ver-

ditur. Text. hìc, & L. teſtamento 11. Cod. de excuſat. muner. ex qua *L.* conſtat, ſi tutela nimiùm diffuſa ſit, tutorem à Præſide petere poſſe, ut Curator ſibi adjungatur. Ratio eſt, quia tutela quomodocunque diffuſa, dummodò intra eandem provinciam ſit, dividi non
25 poſſit, nec excuſationem à parte bonorum adminiſtrandorum admittit. *L. propter litem 21. ſſ. licèt datus 2. ff. de excuſat.* Quòdſi autem res pupillares in diverſis provinciis diſperſæ eſſent, tunc enimverò tutori excuſatio reſpectu bonorum in aliena provincia adminiſtrandorum concederetur, *arg. L. ſi tamen 15. ff. de teſtam. tutel.*

§. Qui tutelam XVIII.

26 CUm tutor, tutelam gerendò, ſatìs beneficii tum pupillis, tum eorum patri præſtitiſſe cenſeatur, idcircò *hìc* declarat Juſtinianus, quòd, per conſtitutionem Severi & Antonini Imperatorum, tutor finitâ tutelâ non ampliùs cogi poſſit, & eorundem pupillorum, pubertatem jam adeptorum, Curam quoque gerat, non obſtante, quòd teſtator, talem tutorem in teſtamento dans, adjecerit, *ſe eundem* etiam *Curatorem dare. Text. hìc, L. Gaius 16. ff. de excuſ. & L. Curator*
27 *20. Cod. eod.* in quo Jus commune à Jure noſtro patrio differt, ſecundùm quod, regulariter loquendô, Tutores tutelâ finitâ, curam ſuſcipere debent. Land-Recht *tit. 5. art. 5.* verb: ſo ſollen darnach dieſelben Vormunder, uneracht ein Kind ſich deſſen hernach widern wolt, fùran Curatores, das iſt, Treustrager und Verſorger ſeyn ꝛc. contingit tamen id ipſum etiam de Jure communi in uno caſu, ſi nempè Libertus à Patrono liberis ſuis & tutor & Curator fuerit datus; hic enim ob præſtitum libertatis beneficium, finitâ tutelâ, etiam invitus Curam gerere tenetur, *L. Libertos 5. Cod. de excuſat. tutor.*

§. Ii-

mögen gesetzt zu seyn geglaubt wird; dann wann die Vormundschaft gar zu weitschichtig ist, kan der Vormunder von der Obrigkeit begehren, daß ihme ein Versorger beygesellet werde. Die Ursach dessen ist, weil die Vormundschaft, sie möge so weitschichtig seyn, als immer wolle, wann sie nur in einerley Land ist, nicht getrennet, und die Entschuldigung von einem Theil derselben nicht angenommen werden kan. Sofern aber die Pupillarische Güter 25
in verschiedenen Ländern wären, alsdann findet die Entschuldigung ab denen in einer andern und frembden Landschaft zu verwalten seyenden Gütern Platz.

§. Qui tutelam XVIII.

Obmal ein Vormunder durch Pflegung der Vormundschaft theils denen Pupillen, theils ihren Vatter genug Gefälligkeit er- 26
wisen zu haben geglaubt wird, so erkläret allhier Justinianus, daß ein solcher Vormunder nach geendigter Vormundschaft nicht mehr gezwungen werden könne, auch die Versorgung über solche vogtbar gewordene Pupillen anzunehmen, ob schon der Testierer, der ihne zum Vormunder bestellet, in dem Testament beygeruckt hätte, daß er den nemlichen auch zum Versorger ordne. In welchem Punct das 27
gemeine mehrmal von unsern Recht abweichet, als nach welchem insgemein die Vormunder nach Endigung der Vormundschaft auch die Treustragung übernehmen müssen. Land-Recht *tit.* 5. *art.* 5. so sollen darnach dieselben Vormunder, uneracht ein Kind sich dessen hernach widern wolt, füran Curatores, das ist, Treustrager und Versorger seyn. ꝛc. welches zwar auch nach gemeinen Rechten in einem Fall zu geschehen pfleget, da nemlich ein aus der Knechtschaft Freygelassener von seinem Herrn seinen Kindern zum Vormunder und Versorger gesetzt worden ist, dann ein solcher wegen erhaltener Wohlthat der Freyheit nach Ende der Vormundschaft auch widerwillich zu Führung der Versorgung gezwungen werden kan.

§. Ii.

§. Iidem reſcripſerunt XIX.

28 UT *hic ff.* ritè intelligatur, præprimis diverſitas bonorum Uxoris probè conſideranda eſt, ſunt enim alia ejusdem bona dotalia, alia paraphernalia, alia receptitia; inſuper ex *L. maritus 2. Cod. qui dare tutor. vel Curator. poſſ.* notandum eſt, quòd maritus Curator Uxoris eſſe nequeat, ſed ſolùm bonorum ejus adminiſtrator, exceptis receptiis. Unde quæſtio hìc oritur, utrùm, ſi errore juris vel facti maritus uxori Curator fuerit datus quoad bona receptitia, ab hac cura ſe excuſare poſſit? Reſpondet Imperator, decimam ſextam, vel potiùs ſi diſtantia loci, de qua ſuprà *num. 23.* actum fuit, inter illas quoque referatur, decimam ſeptimam excuſationis cauſam proponens, talem maritum excuſare ſe poſſe, licèt ſe immiſcuerit. *Text. hic & L. ampliſſimi 4. Cod. de excuſat. tutor.*

Occaſione hujus §. demùm quæritur, num omnes hæ, quas huc-
29 uſque enarravimus, excuſandi cauſæ etiam in Bavaria attendantur? Rationem dubitandi movere poteſt, quod in Jure noſtro ſtatutario nominatim & ſpecificè ſolùm tres excuſandi cauſas adductas legamus, nempè numerum prolium, pluralitatem tutelarum, & diſtantiam loci. Sed reſponſio ex claro ejusdem Juris noſtri textu deſumitur, quòd nempè omnes hæ cauſæ, in hoc Inſtitutionum Juſtinianearum titulo enumeratæ, etiam in patria noſtra excuſationi locum faciant, ſi debitè allegatæ & probatæ fuerint. Land-Recht *tit. 5. art. 1.* ibi: oder er habe andere Urſachen, in gemainen Rechten ausgedruckt, derenhalben er davon billich entladen werden mög. En! Jus Bavaricum ſe ad Jus commune expreſſim refert. Illud adhuc animadvertendum ſupereſt, eum, qui de jure tutor vel Curator eſſe prohibetur, v. gr. ſurdus, mutus &c. excuſatione non indigere, cùm enim ipſo jure tutelæ & curatelæ incapax ſit, ſupervacanea eſt excuſatio à munere, quod deferri nequit.

§. Iidem rescripserunt XIX.

Auf daß diser §. desto besser verstanden werde, ist der Unterschied deren Gütern eines Eheweibs wohl zu überlegen, dann 28
andere seynd die Heurathsandere Paraphernal- und andere die vorbehaltene Güter. Weiters ist zu mercken, daß der Ehemann nicht könne ein Versorger seines Weibs seyn, sondern nur ein Verwalter ihrer Gütern, ausgenommen deren vorbehaltenen. Dahero die Frag entstehet, ob ein Ehemann, wann er durch Irthum des Rechtens oder der That über die vorbehaltene Güter seiner Frauen zum Vormunder gesetzt worden, sich von solcher Versorgung entschuldigen könne? welches Justinianus (die 16de oder, sofern auch die weite Entlegenheit der Orten, wovon oben *num.* 23. gehandlet worden, mitgezehlet wird, die 17de Entschuldigungs-Ursach anführend) dergestalten bejahet, daß eines solchen Ehemanns Entschuldigung gelte, wann er sich schon würcklich in die Versorgung eingemischet hätte.

Mit Gelegenheit dises §. wird endlich gefraget, ob alle dise bishero beygebrachte Entschuldigungen auch in Chur-Bayrischen 29
Landen in Obacht genommen werden? die Ursach zu zweifflen ist, weil wir in denen Land-Rechten namentlich und insonderheit nur drey Entschuldigungs-Ursachen angeführet lesen, nemlich die Anzahl deren Kindern, die Mehrheit der Vormundschaften, und die Entlegenheit des Orts. Allein die Antwort hierauf ergibet sich aus dem klaren Text besagter Land-Rechten, daß alle bishero erzehlte Ursachen, auch in Bayrn, wann sie rechtmäßig angebracht, und bewisen worden, der Entschuldigung Platz machen. Land-Recht *tit. 5. art. 1.* oder er habe andere Ursachen, in gemeinen Rechten ausgedruckt, derenhalben er davon billich entladen werden mög. Weiters ist hier noch zu bemercken übrig, daß der, welcher durch die Rechten von Vormundschaften und Versorgungen gefreyet und ausgeschlossen ist, zum Exempel ein Stummer, ein Tauber ꝛc. keiner Entschuldigung bedärffe, weil er von denen Gesätzen selbst schon untüchtig erfunden, und geachtet worden.

§. Si quis autem final.

EXcuſationis juſtæ ac legitimæ effectus quidem eſt, quòd per Judi-
30 cem acceptata ab onere tutelæ vel curatelæ liberet, *L. ſi tutor 22. Cod. de excuſat. tutor.* adeò quidem, ut ſi Judex juſtæ ejusmodi excuſationi deferre nolit, deſuper appellari poſſit, *L. ſcire oportet 13.*
31 *in princ. & L. Gaius 16. ff. de excuſat.* ſi tamen falſa excuſatione quis uſus fuerit, & hoc remedio tutelam à ſe removerit, hoc neutiquam obſtante, ab onere tutelæ liberatus non eſt. *Text. hìc.* Rationem dat Ulpianus in *L. quò lucidiùs 1. ſſ. ideò autem 1. ff. de dol. mal. & met. except.* quia per occaſionem juris civilis contra naturalem æquitatem dolus nemini prodeſſe, nec aliquis doli ſui præmium ferre debet; *L. ita demùm 31. in princip. ff. de recept. arbitr. & qui arbitr.* & ideò, quodcunque damnum pupillo per falſam tutoris excuſationem accidit, id totum excuſato imputabitur, *L. ſi abſentibus 1. L. tutores 2. Cod. ſi tut. vel Curat. falſ. allegat. excuſ. ſit.* partim quia hoc exigit favor pupillorum, partim ne dolus excuſantium impunitus maneat; prout etiam tutor, in excuſatione ſuccumbens, tutelæ tenetur à tempore, quo gerere debuit. *L. tutor vel Curator 20. ff. de adminiſtr. & peric. tutor.*

TITULUS XXVI.

De ſuſpectis Tutoribus vel Curatoribus.

SUMMARIA.

N. 1. Accuſatio ſuſpecti unde deſcendat?
2. Quinam tutores ſuſpectos amovere poſſint?
3. Quis in Bavaria?
4. Quinam tutores ſuſpecti poſtulari queant?
5. Quomodo in acculatione ſuſpecti tutoris famæ parcendum?
6. Quomodo tutori legitimo in accuſatione de fama proſpiciendum ſit?

§. Si quis autem final.

EIner billich- und rechtmäßigen Entschuldigung Frucht und Würckung bestehet zwar in deme, daß sie einen Vormunder von der Vormundschaft frey mache, und zwar solchergestalten, daß, wann die ordentliche Obrigkeit eine gerechte Entschuldigung nicht annehmen wolte, der Vormunder hierwider appellieren könne; wann aber jemand einer falschen Entschuldigung sich gebraucht, und durch solches Mittl die Vormundschaft von sich geschoben, so ist er, ohngehindert dessen, von dem Last derselben nicht befreyet, aus Ursach, weil ein Betrug niemanden fürträglich seyn, und keiner von seiner Arglistigkeit Lohn und Nutzen davon tragen soll, und dahero hat ein solcher fälschlich Entschuldigter allen Schaden, der dem Pupillen durch die falsche Entschuldigung zugegangen, zu ersetzen, theils, weil es die Gunst deren Pupillen also erfordert, theils, damit der Betrug des sich Entschuldigenden nicht ungestrafft hingehe; wie dann auch ein Vormunder, welcher in seiner Entschuldigung unterligt, der Vormundschaft von der Zeit an, da er selbe hätte antretten, und verwalten sollen, schuldig und gehalten ist. 30 31

Sechs und Swantzigster Titul.

Von verdächtigen Vormundern, und Treustragern.

Innhalt.

N. 1. Woher die Anklag des verdächtigen Vormunders entspringe?
2. Wer die verdächtige Vormunder absetzen könne?
3. Wer in Bayrn?
4. Was für Vormunder als verdächtige angeklagt werden mögen?
5. Wie in der Anklag eines verdächtigen Vormunders dessen guten Namen geschohnet werde?
6. Wie einem angeklagten rechtmäßigen Vormunder seines guten Namens halber fürzusehen seye?

7. A quibus tutor ſuſpectus accuſari poſſit?
8. An ab impuberibus?
9. Aut à pubertatem adeptis?
10. Num Judex vi officii in ſuſpectos tutores inquire-re debeat?
11. Quisnam in genere tutor ſuſpectus dicatur?
12. An à crimine ſuſpecti liberetur Tutor, qui eſt ſolvendo?
13. Num tutor removeri à tutela poſſit, antequam adminiſtret?
14. Tutor ob dolum remotus fit infamis.
15. Utrùm pariter ob culpam latam remotus?
16. Quid durante accuſatione ſuſpecti Tutoris agendum?
17. Quid, ſi accuſatus pendente cognitione moriatur?
18. Utrùm præter infamiæ pœnam adhuc alia imponi poſſit?
19. Et quibus tutoribus?
20. Quid circa libertos, tutelam fraudulenter adminiſtrantes, obtineat?
21. Satisdatio ſuſpectum tutorem ab amotione non relevat.
22. Quæ cauſæ tutorem in particulari ſuſpectum faciant?
23. Quid amoto ſuſpecto tutore fieri oporteat?
24. An ob paupertatem Tutor ut ſuſpectus amoveri poſſit.

AD

7. Von weme ein verdächtiger Vormunder angeklagt werden könne?
8. Ob von denen Unvogtbaren?
9. Oder von denen vogtbar Gewordenen?
10. Ob die Amts- Obrigkeitliche Untersuchung gegen verdächtige Vormunder statt finde?
11. Wer insgemein ein verdächtiger Vormunder seye?
12. Ob ein Vormunder, welcher bezahlen kan, Verdachts frey werde?
13. Ob ein Vormunder der Vormundschaft entsetzet werden möge, bevor er selbe verwaltet?
14. Ein wegen Betrugs entsetzter Vormunder wird Ehrnloß.
15. Ob auch ein wegen grober Schuld abgesetzter?
16. Was in währender Anklag eines verdächtigen Vormunders zu thun?
17. Was, wann der Angeklagte unter der Untersuchung verstirbt?
18. Ob nebst der Ernlosigkeit noch eine andere Straff auferlegt werden därffe?
19. Und was für Vormundern?
20. Was gegen die Freygelassene, welche die Vormundschaft betrüglich verwalten, geordnet seye?
21. Die Borgschaft erlediget einen verdächtigen Vormunder nicht von der Entsetzung.
22. Aus was Ursachen ein Vormunder ins besonder verdächtig werde?
23. Was nach Absetzung eines verdächtigen Vormunders geschehen soll?
24. Ob wegen der Armuth ein Vormunder als verdächtig abzusetzen seye?

AD PRINCIPIUM.

1 IMperator Juſtinianus *hìc* nibil aliud declarat, quàm quòd crimen ſuſpecti, & per conſequens etiam accuſatio ejusdem, ex lege XII. Tabularum deſcendat.

§. Datum eſt autem I.

2 HOc quoque loco Imperator ſolùm explicat, quibusnam jus competat, tutores ſuſpectos à tutela removendi, nempè Romæ Prætori, in aliis verò Provinciis earum Præſidibus, & legato Proconſulis. *Text. hìc.* Aſt quia hodie datio tutelæ non eſt ampliùs conceſſionis, ut ad *tit. de Atilian. Tutore &c.* diximus, ſed Jurisdictionis, per
3 *Receſſ. Imper. de anno 1577. tit. 3. & de anno 1548. tit. 38.* ſpecialiter in Bavaria vi Land-Recht *tit. 5. art. 2.* ideò, ſicut quilibet Magiſtratus & Judex dare tutores, ita etiam eos ut ſuſpectos removere poteſt. Circa quod in patria noſtra ſingulariter attendendum venit, quòd, ſi Nobiles & privilegiatæ Perſonæ liberis pariter nobilibus & privilegiatis jure ſanguinis Tutorem eligant, & aſſignent, is ut ſuſpectus à Judice removeri nequeat, ſed, ſicut datio, ita quoque remotio ad dictos Nobiles & Perſonas privilegiatas pertineat, quemadmodum clarè colligitur ex Land-Recht *tit. 5. art. 4. 5. & 6.*

§. Oſten-

Eingang.

Allhier erkläret Justinianus nichts anders, als daß das Verbrechen eines verdächtigen Vormunders, und mithin auch die Anklagung desselben, aus den Gesatz der zwölff Tafeln entspringe. 1

§. Datum est autem I.

Auch diß Orts wird von Justiniano mehrmal nur erkläret, weme das Recht, verdächtige Vormunder abzusetzen, zustehe, nemlich zu Rom denen alten Prætorn, in denen übrigen Landschaften aber deren Vorstehern. Weil aber nunmehro die Setzung der Vormundschaften ein Werck und Abhang der Gerichtbarkeit ist, nach Ausweisung deren Reichs-Achschieden von Anno 1577. *tit.* 3. und von Anno 1548. *tit.* 38. besonders aber nach Chur-Bayrischen Land-Rechten *tit.* 5. *art.* 2. so folget, daß, gleichwie ein jedwedere Obrigkeit Vormunder aufstellen, also auch ein jedwedere die verdächtige Vormunder hinwieder absetzen könne. Wobey doch in Chur-Bayrn sonderheitlich zu bemercken kommet, daß, wann Adeliche und gefreyte Personen aus dem Recht der Freundschaft Adelichen und gefreyten Kindern Vormunder erwählen, und ordnen, einen solchen Vormunder die Obrigkeit als verdächtig nicht absetzen könne, sondern gleichwie die Auf- also auch die Absetzung von der Vormundschaft bedeuten Adelichen und andern privilegierten Personen gebühre, wie aus denen Land-Rechten *tit.* 5. *art.* 4. 5. und 6. klärlich abzunehmen ist. 2 3

§. Osten-

§. Oſtendimus II.

DOctrinaliter planè, ac ordine ſcientifico *hîc* Juſtinianus procedit; poſtquam enim declaravit, ex qua lege crimen ſuſpecti promanet, & coram quo Judice cognitio deſuper fieri poſſit, ulteriùs modò
4 progreditur, indagandô, quinam Tutores ſuſpecti fieri queant? Decernit autem, contra quoscunque tutores, tam teſtamentarios, quàm dativos, & legitimos, imò & adversùs Patronos, cognitioni de crimine ſuſpecti locum eſſe, *Text. hîc*, eo tamen cum diſcrimine, & moderamine, ut caſu, quo Patronus tanquam ſuſpectus accuſatur, ipſius famæ parcatur, quia actio famoſa contra Patronum à liberto inſtitui non de-
5 bet. *L. non debet 11. ff. de dol. mal.* Parcitur autem ejusdem honori, ſi in accuſationis libello, vel remotionis ſententia nulla doli vel malæ fidei mentio ingeratur, tunc enim ob crimen ſuſpecti accuſatus, & à tutela amotus, infamis non fit, *L. hæ enim 4. ſ. quid ergo 2. ff. de ſuſpect. tutor.* licèt aliàs accuſatio & amotio ſuſpecti quandoque infamiam irroget, *ſ. ſuſpectus 6. Inſtit. hoc tit.* maximè ſi ob dolum in ſententia expreſſum tutor removeatur, *L. fin. Cod. de ſuſpect. tutor. vel Curator.* quod tamen non contingit, ſi ſententia doli mentionem non faciat, eo enim caſu integra fama ſalvatur, *L. tutor quoque 3. in fin. ff. hoc tit.* quia odioſa in partem meliorem interpretamur.

6 Sicut autem Patroni, ita & legitimi tutoris, qui ſcilicet pupillo vel conſanguinitate, vel affinitate conjunctus eſt, famam in accuſatione criminis ſuſpecti pro viribus conſervari oportet, quia infamia, tali legitimo tutori irrogata, pupillum quoque & ejus neceſſarios aliquo modo afficit, & commaculat: hinc pro ſalvatione famæ tam Patroni, quàm tutoris legitimi, ſi ſuſpecti fiant, JCtus Modeſtinus in *L. ſi Tutor 9. ff. hoc tit.* hoc remedium præſcribit: *ſi tutor aliquo vinculo neceſſitudinis vel affinîtatis pupillo conjunctus ſit, vel ſi Patronus pupilli liberti tutelam gerit, & quis eorum à tutela removendus videatur, optimum factum eſt, Curatorem ei potiùs adjungi, quàm eundem cum notata fide & exiſtimatione removeri.* §. Con-

§. Ostendimus II.

JUstinianus verfahret allhier wohl in lehrſamer und wiſſenſchaftlicher Ordnung; dann, nachdeme er erkläret hat, aus was für einem Geſatz das Verbrechen des Verdachts entſtehe, und welcher Obrigkeit, die Erkanntnuß hierüber zu ſchöpffen, gebühre, ſo 4
ſchreittet er nun zu weiterer Erforſchung fort, wider was für Vormunder die Verdachts-Anklag, und Erkanntnuß ſtatt finde? und ſchlieſſet endlich, daß ſie wider alle Vormunder ohne Ausnahm, ſie ſeyen gleich durch Teſtament, durch die Geſätz, von der Freundſchaft, oder von der Obrigkeit geſetzt, ja auch wider die Herren der freygelaſſenen Knechten, angeſtellet werden könne, jedoch mit diſer Unterſcheidung und Mäßigung, daß im Fall, wann ein Patron oder Herr eines Freygelaſſenen, als verdächtig angeklagt wird, deſſen Ehr und guter Ruff verſchonet werden ſolle, dann von einem Freygelaſſenen wider deſſen Patron keine Ehren-ſchädliche Klag anzuſtellen iſt. Es wird aber alsdann dem guten Ruff und
Namen verſchonet, wann in der Anklag oder Entſetzungs-Erkanntnuß keine Meldung von Betrug und Untreu einflieſſet, und ſolchen falls wird weder der Verdachts willen Angeklagte, noch der Abgeſetzte Ehren-loß, obwohl anſonſt die Anklag und Entſetzung eines Verdächtigen jezuweil infam machet, beſonders da einer wegen verüebten und in dem Sententz ausgedruckten Betrugs abgeſetzt wird, welches hingegen nicht geſchicht, wann in dem Beſchayd des Betrugs keine Erwehnung gemacht, maſſen auf ſolche Art die Ehre und der gute Nam erhalten wird.

Gleichwie nun eines Patrons, alſo ſolle auch eines rechtmäßigen Vormunders, welcher dem Pupillen durch Blut- oder andere Freundſchaft verknüpft iſt, Ehre und guter Leymuth in der Verdachts Anklagung nach Möglichkeit gerettet werden, zumal die einen ſolchen Vormunder zugefügte Schmach auch dem Pupillen und die übrige Freundſchaft in etwas angehet, und beflecket. Dahero nach gemeinen Rechten, und Einrathung Modeſtini, beſſer iſt, dem verdächtigen Vormunder, wann er dem Pupillen anverwandt iſt, einen Verſorger beyzugeſellen, als demſelben mit Verluſt ſeiner Ehre und guten Namens zu entſetzen. 6

§. Conſequens eſt. III.

7 UT verum ac legitimum ſuper crimine ſuſpecti habeatur judicium, hinc, poſtquàm *ſſ. 1.* Judicem, *ſſ. 2.* autem Reum, id eſt, ſuſpecti poſtulatum tutorem, adductum vidimus, Juſtinianus nunc etiam Actorem in medium profert, decidendô, quinam tutorem vel Curatorem ſuſpecti accuſare poſſint. Ait verò, id omnibus & ſingulis, & cuilibet de populo permiſſum eſſe; *Text. hìc;* Rationem dat *L. hæc clauſula 1. ſ. conſequens 6. ff. hoc tit.* quia poſtulatio criminis ſuſpecti eſt quaſi publica actio, hoc eſt, omnibus patet. *ſ. publica autem 1. Inſtit. de publ. judic.* Ex hac ipſa ratione, & ob pupillorum favorem, non modò Matri, Aviæ, Sorori, aut Nutrici, accuſatio ſuſpecti Tutoris conceditur, ſed & ſi quæ alia mulier fuerit, quam Prætor propenſa pietate intellexerit ſexûs verecundiam non egredientem, ſed pietate productam non ſuſtinere injuriam pupillorum, illa ad accuſationem admittenda eſt. *Text. hìc.* Quin imò nemine etiam petente, aut accuſante, Judex ipſe tutorem ſuſpectum facere, & ab officio repellere poteſt. *L. tutor quoque 3. ſ. præterea 4. ff. hoc tit.*

§. Impuberes IV.

8 ANtecedens *ſſ.* in quo omnibus ſuſpecti tutoris accuſatio conceditur, hìc aliqualiter limitatur, ita ut impuberibus facultas negetur, ſuos tutores ſuſpectos poſtulandi. *Text. hìc, & L. impuberibus 7. in princ. ff. hoc tit. L. pietatis 6. circ. fin. Cod. eod.* Tum quia judicium eis deeſt, tum quia legitimam ſtandi in judicio perſonam non habent, tum quia ex malitia ſæpè contingere poſſet, ut etiam contra optimos tutores inſurgerent, ut vel ab eis liberarentur, aut ſub ſpe, me-
9 liùs ſuis bonis fruendi, illos accuſarent. Puberes autem facti, ex Reſcripto Severi & Antonini Imperatorum, ſuos Curatores cum conſilio Neceſſariorum, Agnatorum, Cognatorum, & Amicorum, ſuſpectos arguere poſſunt. *Text. h. & L. impuberibus 7. nec non L. pietatis 6. cit.* Imò ſi conſanguinei & proximi conſilium aut præſentiam ſuam minori exhibere renuant, facultas eidem indulta eſt, Judicem adeun-

di

§. Consequens est III.

NAchdeme wir in dem ersten §. den Richter, in dem zweyten aber den Beklagten gesehen, so ermanglet zu Bestellung eines vollkommenen und rechtmäßigen Gerichts annoch der Kläger, welchen dann Justinianus hier ebenfalls aufführet, da er verordnet, daß alle und jede, auch von dem gemeinen Volck, die Macht und Freyheit geniessen, einen verdächtigen Vormunder anzuklagen, aus Ursach, weil dise Anklag gleichsam eine offentliche Klag ist, und also einem jeden gestattet wird. Aus diser nemlichen Ursach, wie auch zum Nutzen deren Pflegkindern, wird solche Anklagung nicht nur der Mutter, Anfrau, Schwester ꝛc. sondern auch jeder andern Weibs-Person, welche von der Obrigkeit für ehrbar, und tugendlich erkennet wird, zugestanden; ja wann auch niemand Klag stellen, oder zu klagen begehren solte, so kan die Obrigkeit selbst in Kraft ihres Amts einen Vormunder verdächtig machen, und von seiner Stelle entsetzen. 7

§. Impuberes IV.

DEr vorhergehende §. in welchen einem jedwedern die Anklagung eines verdächtigen Vormunders zugestanden worden, wird allhier in etwas eingeschräncket, also daß einem Unvogtbaren seine Vormunder für verdächtig anzugeben nicht erlaubt seye, theils weil es ihnen am hinlänglichen Verstand und Urtheil gebricht, theils weil sie vor Gericht zu stehen nicht fähig, theils weil öfters aus Boßheit geschehen könte, daß sie sich auch wider die beste Vormunder auflehneten, und dieselben in der Absicht, um von ihnen loß zu werden, oder aus Hoffnung, ihre Güter desto freyer zu geniessen, anklageten. Jene aber, so die Vogtbarkeit erreicht haben, können mit Rath ihrer Anverwandten und Freunden ihre Vormunder oder Versorger als verdächtig anklagen, und im Fall die Befreundte denen Minderjährigen mit Rath und Gegenwart beyzustehen verweigern wurden, kan ein solcher Minderjähriger bey 8 9

di, ejúsque officium implorandi, ut ipſe in tutorem inquirat, quod utique eò magìs minorenni concedendum, quò minùs aliquid inconveniens ex tali imploratione enaſcitur, cùm per illam ſolummodò Ju-
10 dici occaſio inquirendi præbeatur, quod non ſolùm Magiſtratibus ſemper licet, ſed etiam ratione officii ſui incumbit. *L. tutor quoque 3. ff. præterea 4. ff. hoc tit.* prout etiam Jura noſtra Bavarica Magiſtratibus & Judicibus circa tutelas benè adminiſtrandas vigilantiam & attentionem ſæpiùs inculcant. Land-Recht *tit. 5. art. 1. 2. 5. 6. 10. 13.* Interrogabis tamen, ad quid talis à minorenni cum conſilio neceſſariorum ſuorum intentata ſuſpecti tutoris poſtulatio profit, cùm tutor, finitâ tutelâ, aliunde teneatur actione tutelæ ad omnis damni illati reſarcitionem? R. Prodeſſe in tantum, ut citiùs imminenti malo obvietur, meliùs eſt enim in tempore occurrere, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere. *L. liberam 1. Cod. quando lic. unicuiq. ſin. Jud. ſe vindic. & L. ſancimus fin. Cod. in quib. cauſ. in integr. reſtit. neceſſ. non eſt.* Quod etiam Jura patria, Land-Recht *tit. 5. art. 6.* providè cavent.

§. Suſpectus autem eſt V.

11 Dicitur hìc generatim, quisnam vocetur tutor ſuſpectus, nempè ex mente Juliani ille, qui non ex fide tutelam gerit, licèt ſolvendo ſit, *Text. hìc, & cit. L. tutor quoque 3. ff. nunc videamus 5. ff. de ſuſpect. tutor.* hoc eſt, ille tutor vel Curator cenſetur ſuſpectus, qui vel fraudulenter, vel negligenter in rebus pupilli vel minorennis verſatur. *arg. L. ſi Creditores 31. ff. de reb. authorit. Judic. poſſid.* Poteſt autem Tutor vel Curator fraudulenter & negligenter in rebus pupilli vel minoris verſari, earum rerum adminiſtrationem non ſolùm gerendô, id eſt, *committendô*, ſed etiam non gerendô, hoc eſt, *omittendô*, debitam ſcilicet in tutelæ adminiſtratione diligentiam, duplex enim eſt culpa, alia *commiſſionis*, alia *omiſſionis*, & æquè peccat, qui non facit, quod facere deberet, quàm is, qui facit, quod facere non deberet.

Ad-

der Obrigkeit um Hülf einlangen, daß dieselbe wider den Vormunder Untersuchung anstelle, welches so ehender zu gestatten, je minder aus solcher Obrigkeitlichen Anruffung etwas Ungebührliches erfolget, sondern hierdurch nur dem Magistrat oder Richter 10
Gelegenheit zur Untersuchung an die Hand gegeben wird, welches demselben nicht nur allzeit erlaubt ist, sondern auch nach Ausweisung seines Amts obligt; dahero die Chur-Bayrische Land-Recht von denen Richtern und Obrigkeiten auf gute Verwaltung deren Vormundschaften ein wohl wachtbares und aufmerckſames Aug erfordern. Land-Recht *tit. 5. art. 1. 2. 5. 6. 10. 13.* Frageſt du aber, was eine solche von dem Minderjährigen mit Rath seiner Verwandten wider den verdächtigen Vormunder erhobene Klag fruchte, da der Vormunder ohnehin nach Ende seines Amts durch die Vormundschafts-Klag zu Ersetzung alles verursachten Schaden gehalten seye? So antworte ich, es nutze so vil, daß dem anscheinenden Ubel desto geschwinder begegnet werde, dann es ist besser, in Zeiten entgegen zu kommen, als erst nach schon empfangener Wunden ein Heyl-Mittl suchen; welches auch in denen Bayrischen Land-Rechten *tit. 5. art. 6.* weißlich fürgesehen ist.

§. Suspectus autem est V.

Allhier wird insgemein gesagt, wer dann ein verdächtiger Vormunder genennet werde? nemlich der jene, welcher die Vor- 11
mundschaft nicht getreulich verwaltet, obwohl er zu bezahlen vermöge; das ist: Jener Vormunder oder Versorger wird als verdächtig gehalten, der entweders betrüglich, oder aber nachläßig mit des Pupillen oder Minderjährigen Sachen umgehet; dann es kan ein Vormunder oder Versorger in Pflegung seines Amts betrüglich und saumseelig handlen nicht nur in Begehung und Ausübung einer unzuläßigen That; sondern auch durch Unterlassung des schuldigen Fleiß, und fehlet der jene eben sowohl, der nicht thut, was er thun solte, als diser, welcher thut, was er nicht thun solte.

Addit autem hìc Imperator, *licèt ſolvendo ſit:* non enim atten-
12 ditur, an tutor vel Curator ſolvendo exiſtat, nécne, quò minùs ut ſuſpectus poſtuletur, quia, quamvis modò ſolvendo ſufficiat, evenire tamen poteſt, ut aliquando ſolvendo futurus non ſit, & talis, qualis nunc eſt, eſſe deſinat.

Quin imò idem Julianus reſcripſit, tutorem, de cujus ante acta
13 improba vita, aut ſuſpecta alterius tutelæ adminiſtratione conſtat, quaſi ſuſpectum à tutela removeri poſſe, antequam eandem gerere incipiat. *Text. hic, & L. tutor quoque 3. §. ſi autem 8. ff. de ſuſpect. tutor.*

§. Suſpectus VI.

SUbnectitur hìc, quid poſt accuſationem & remotionem ſuſpecti à
14 tutelæ adminiſtratione ſequatur, quòd nempè ob dolum ſuſpecti poſtulatus, & ideó, remotus, fiat infamis. *Text. hìc, & L. Prætoris 1. ff. de bis, qui not. infam.* Requiritur tamen *1mò* ut crimen doli in ſententia, à Judice prolata, exprimatur, *L. fin. Cod. hoc tit.* nam ſi ſententia doli mentionem non faciat, infamia non incurritur. *L. hæ enim 4. §. quid ergo 2. ff. hoc tit.* *2dò* Ad infamiam irrogandam depoſcitur, ut de ſuſpecto accuſatus ob dolum à tutela amoveatur. *L. tutor quoque 3. §. fin. ff. eod.*

Sicut autem Tutor ob dolum accuſatus, & remotus, infamis effi-
15 citur, ità è contrario ſuſpecti poſtulatus, & amotus ob culpam infamiæ non ſubjicitur, *Text. hìc*, & ſic ob ruſticitatem ſimplicitatem, ſegnitiem, vel inertiam depoſitus famam ſuam integram retinet. *cit. L. tutor quoque 3. §. fin. ff. hoc. tit.* Quamvis autem *textus §. noſtri*, quo Imperator de infamia differens, ita loquitur: *Suſpectus autem remotus, ſiquidem ob dolum, famoſus eſt: ob culpam, non æquè*, ſatis clarus eſſe videatur, ex eo tamen multæ concertationes, & duæ ſibi oppoſitæ, atque à DD. acriter exagitatæ ſententiæ emanârunt. Prima docet, quòd, ſicut Imperator de culpa indiſtinctè loquitur, ita etiam

nulla

Es setzt aber Justinianus alhier bey, obwohl er zu bezahlen vermöge: massen darauf keine Obacht genommen wird, ob der 12
Vormunder oder Versorger bezahlen könne, oder nicht, dann obwohl er jetzt zu bezahlen im Stand ist, so kan sich doch fügen, daß er einsmals zu bezahlen unvermögend werde, und aufhöre zu seyn, wer er gegenwärtig ist.

Es ist auch in denen gemeinen Rechten schon vor längst versehen, daß ein Vormunder, dessen vorhin geführtes unartiges Le- 13
ben, oder eine andere übel gepflogene Vormundschaft bekannt ist, als verdächtig abgesetzt werden könne, bevor er die Vormundschaft zu verwalten anfanget.

§. Suspectus VI.

Dißorts wird erklärt, was auf die Anklag und Entsetzung eines verdächtigen Vormunders folge, daß nemlich ein solcher 14
welcher wegen Betrugs verdächtig, und entsetzet worden, infam und ehrloß werde; doch wird erfordert 1. daß das Laster des Betrugs in dem Beschayd, welchen die Obrigkeit ertheilet, ausgedruckt werde, dann wann solcher Beschayd von dem Betrug keine Meldung machet, wird der Entsetzte nicht infam. 2. Wird zu Verliehrung der Ehre für nothwendig gehalten, daß der Verdächtige wegen Betrugs von der Vormundschaft würcklich abgesetzt werde.

Gleichwie aber ein angeklagter und wegen Betrugs entsetzter Vormunder infam wird, also im Gegenspiel wird der, so wegen 15
Schuld oder Nachläßigkeit die Anklag und Entsetzung ausstehet, seiner Ehre nicht verlurstiget, also daß ein wegen Grobheit, Einfalt, Ungeschicklichkeit, Faul- und Unwissenheit abgesetzter Vormunder seinen guten Namen beybehaltet. Obwohl aber der Text dises unsers §. klar zu seyn scheinet, so entstehen doch hieraus vile Disputen, und zwey gegen einander streitende, auch von denen Rechts-Gelehrten weitläuffig ausgeführte Meynungen. Die erste lehret, daß gleichwie Justinianus ohne Unterschied hier von der Schuld

oder

nulla culpa, adeóque nec leviſſima, nec levis, aut lata, infamiam condemnato irroget, ex ratione, quia nomen *culpæ* generaliter propoſitum de quavis ſpecie culpæ eſt intelligendum, quando enim Lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus, præcipuè in Lege generali, quæ potiùs favorabiliter eſt interpretanda, *arg. L. de pretio 8. ff. de Public. in rem act. & L. hic titulus 1. ff. de legat. præſtand.* Altera de facto inter DD. ferè communior opinio tuetur, culpam levem & leviſſimam non quidem irrogare infamiam, benè verò culpam latam, eò quòd iſta dolo æquiparetur, *L. magna 226. ff. de verb. ſignific. & L. quod Nerva 32. ff. depoſ.* Quoniam verò mihi propoſitum non eſt, hujus quæſtionis diſcuſſione litem hìc & nunc meam facere, aut me diutiùs detinere, benevolum Lectorem remitto ad *Zoeſium ff. hoc tit. num. 9. Schambogen Inſt. h. tit. & ſ. Kees pariter ad Inſtit. hìc num. 24. Hunnium reſolut. Jur. Civil. libr. 1. quæſt. 28.* qui omnes breviter & nervosè hanc dubiam materiam examinant: id ſolùm addo, utramque ſententiam eſſe probabilem.

§. Si quis autem VII.

16 QUando igitur aliquis Tutor ut ſuſpectus accuſatur, quouſque cognitio hac ſuper cauſa finitur, ab actuali tutelæ adminiſtratione abſtinere debet, *Text. hìc, & Gloſſ. 1. in L. decreto 10. ff. h. tit.* & pupillis vel minoribus interea alius Curator ſubrogatur. *L. eum, quem 7. Cod. de ſuſpect. tutor.* Quòdſi Contutor adſit, ad illum hoc tempore adminiſtratio pertinebit, poteſt enim unus tutor vel Curator accuſare de ſuſpecto Contutorem vel Concuratorem, eúmque ab adminiſtratione removere. *L. ſi non ſuſceptum 8. Cod. eod.* Imò de Jure Bavarico, Land-Recht *tit. 5. art. 13.* tutores ad hoc obligantur; quod etiam de jure communi procedit, tutor enim ſi Contutorem malè gerentem non fecerit ſuſpectum, non excuſatur ex eo, quòd pupillo à Contutore cautum eſſet, *L. ſuſpectus fieri 5. ff. hoc tit.* unde durante

oder Nachläßigkeit redet, also auch keine Schuld, folgsam weder die kleiniste, und mittlere, noch die gröbliche Nachläßigkeit einem derentwegen entsetzten Vormunder die Ehre und guten Namen benehme, weil das Wort Schuld, überhaupts und insgemein genommen, von jedwederer Gattung der Schuld zu verstehen seye, dann da das Gesatz nicht unterscheidet, sollen auch wir keinen Unterschied machen, besonders in einem allgemeinen Gesatz, welches in anscheinenden Zweifelsfall vilmehr günstig, als streng auszudeuten ist. Der andere Sententz aber, welcher dermal unter denen Rechts-Gelehrten fast mehrers im Schwang gehet, will behaupten, daß die geringste und mittlere Schuld nicht, wohl aber die gröbliche einen hieraus verurtheilten Vormunder, weil sie dem Betrug gleich geachtet wird, an seinen Ehren berüchtige. Weil aber meines Thuns nicht ist, bey diser Frag mich längers aufzuhalten, so weise ich den geneigten Leser an *Zoesium ff. de suspect. tutorib. n. 9. Schambogen Inst. hoc tit. & ſ. Kees eod. tit. num. 24. Hunnium Resolut. Jur. Civil. libr. 1. quæst. 28.* welche alle kurtz und wohl dise zweifelhafte Materie untersuchen; ich setze nur dises bey, daß jedwederer solcher Sententz glaubbar seye.

§. Si quis autem VII.

WAnn demnach ein Vormunder als verdächtig rechtlich angeklagt wird, muß selber solang, als die Untersuchung andau- 16
ret, sich von der Vormundschafts-Verwaltung enthalten, und wird denen Pflegkindern oder Minderjährigen indessen ein anderer Versorger gesetzt. Sofern aber ein Mit-Vormunder zugegen ist, so gebühret demselben entzwischen die Verwaltung, dann es kan ein Vormunder oder Versorger seinen verdächtigen Mit-Vormunder oder Mitversorger anklagen, und von der Verwaltung abtreiben, ja nach dem Chur-Bayrischen Land-Recht *tit. 5. art. 13.* werden die Vormunder hierzu verbunden, welches auch nach gemeinen Recht statt hat, dann ein Vormunder, wann er seinen verdächtigen Mit-Vormunder nicht anklagt, wird dardurch nicht entschuldiget, daß dem Pupillen durch den Mit-Vormunder Sicherheit

te cognitione criminis fuſpecti accuſato adminiſtratio permittenda non eſt, etiamſi cautionem offerat, quia ſatisdatio propoſitum tutoris malevolum non mutat, ſed diutiùs graſſandi in re familiari facultatem præſtat, *L. quia ſatisdatio 6. ff. hoc tit.* è contrario verò, ſi tutor ideò, ut à tutela liberetur, ut ſuſpectus accuſari ſatagat, talis fraus eidem non prodeſt, quin etiam ipſi pupillo obligatur. *arg. L. quamvis 51. & ibi Gloſſ. in addit. margin. Cod. de Decur. & fil. eor.*

§. Sed ſi ſuſpecti VIII.

17 QUòdſi accuſatio ſuſpecti ſuſcepta fuerit, & durante inquiſitione, ſeu cognitione judiciali, tutor accuſatus (idem eſt de Curatore) moriatur, tunc enimverò cognitio ſuſpecti finitur, *Text. hic.* Ratio hujus afferti deſumitur ex *L. poſt finitam 11. ff. hoc tit. & L. libertum 1. Cod. eod.* quia, cùm per mortem tutoris vel Curatoris tutela, vel Curatela exſpiret, *§. ſimili modo 3. Inſtit. quib. mod. tutel. fin.* etiam cognitio ſuſpecti ceſſat, *Text. hic*, & ejusdem locò pupillo porrigitur actio tutelæ, *tot. tit. ff. de tutel. & ration. diſtrah.* quæ etiam contra hæredes tutoris dirigitur; *L. hæredes fin. Cod. de hæred. tutor. vel Curat.* Unde, quamvis cognitio ſuſpecti adversùs hæredes non tranſeat, quia morte crimina extinguuntur, *arg. L. ex judicio 20. ff. de accuſat.* actio tamen tutelæ contra eosdem locum habet. *cit. L. hæredes.* Id adhuc notandum eſt, illum, qui aliquem tutorem ſuſpecti accuſaverit, & amotionem ejusdem à tutela non obtinuerit, intra triduum appellare debere, ut habetur in *L. ſiquidem 1. ſi quis ſuſpectum 14. ff. quand. appelland. ſit.*

§. Si quis Tutor IX.

18 PRæter infamiæ pœnam, ſuprà *§. 6. hoc tit.* in tutores ſuſpectos ſtatutam, *hic* ex conſtitutione Severi & Antonini Imperatorum alia quoque adversùs Tutorem decernitur, qui latitat, & ſui copiam

non

geleistet seye; dahero währender Untersuchung ein verdächtig angeklagter Vormunder, ob er schon die Borgschafts-Stellung anbiettet, gleichwohl zur Verwaltung nicht zuzulassen ist, weil die Borgschaft das übel gefaste Vorhaben des Vormunders nicht verändert, sondern noch länger mit des Pupillen Gütern schlimm zu hausen Gelegenheit an die Hand gibet. Im Gegenfall aber da ein Vormunder in der Absicht, damit er von der Vormundschaft loß werde, sich dahin bestrebet, daß er als verdächtig angeklagt werde, ist ihme solcher Argliſt keines Weegs fürträglich, und er ist auch dem Pupillen darum verhafftet.

§. Sed si suspecti VIII.

IM Fall die Anklag eines verdächtigen Vormunders angefangen worden, und unter währender Untersuchung vor der Erkanntnuß der angeklagte Vormunder (welches auch von denen Versorgern zu verstehen) mit Tod abgehet, alsdann höret die Untersuchung und Erkanntnuß auf, dann weil durch Absterben des Vormunders oder Versorgers die Vormundschaft und Versorgung sich enden, so erreichet auch die Untersuchung ihr Endschaft, und an statt derselben stehet dem Pupillen die Vormundschafts-Klag offen, welche auch wider des Vormunders Erben geführt wird; dahero, obwohl die Erkanntmuß des verdächtigen Vormunders nicht wider dessen Erben Platz findet, weil durch den Tod die Verbrechen ausgelöschet werden, so seynd doch seine Erben der Vormundschafs-Klag nicht befreyet. Allhier ist noch zu mercken, daß, wann einer einen Vormunder als verdächtig angeklagt, dessen Entsetzung aber von der Vormundschaft nicht erlangt hat, selber alsdann nach gemeinen Recht inner drey Tägen die Appellation ergreiffen müsse. 17

§. Si quis Tutor IX.

NEbst der hieoben in §. 6. dises Titls wider die verdächtige Vormunder geordneten Ehrlosigkeits-Straff, wird allhier noch eine andere gesetzt, daß nemlich wann ein Vormunder sich verber- 18

non facit, ut alimenta pupillo pro dignitate ſtatûs ejusdem, & quantitate patrimonii decernantur; mittendus nempè pupillus in poſſeſſionem bonorum tutoris, & facta hac immiſſione pupillo Curator dandus eſt, qui ea, quæ in rebus, in quarum poſſeſſionem pupillus immiſſus fuit, morâ deteriora futura ſunt, diſtrahat, & pupillo de congruis alimentis provideat. *Text. hìc.* Ratio hujus pœnæ ex *tot. tit. ff. ubi pupill. educ. vel morar. deb.* derivatur, quia ſcilicet ad tutoris officium pertinet, pupillo de competentibus alimentis proſpicere; quòd-ſi, decreta hac bonorum immiſſione, tutor adhuc in ſua contumacia perſeveret, & alimenta pupillo non præſtet, tanquam ſuſpectus removendus eſt. *Text. hìc, & L. tutor quoque 3. §. tutor 14. L. impuberibus 7. præterea 2. ff. de ſuſpect. tutor.* Generaliter autem obſervandum venit, quòd, quandocunque Tutor ut ſuſpectus à tutela amovetur, talis amotio, causâ ritè cognitâ, & Judice pro tribunali ſedente, facienda ſit, *Gloſſa fin. in L. impuberibus 7. §. fin. ff. h. tit.*

§. Sed ſi quis præſens X.

19 SUbnectuntur *hìc* duo alii caſus, in quibus præter infamiam etiam aliâ pœnâ Tutores plectendi à Præfecto urbis ſunt. *Primus* eſt, ſi Tutor præſens per mendacium negat, propter inopiam pupillo alimenta poſſe decerni, *Text. hìc, & L. omnia omninò 1. §. ſolent 7. ff. de offic. Præf. urb.* *Secundus*, ſi tutor datâ pecuniâ miniſterium tutelæ acquiſiverit, vel redemerit. *Text. hìc, & in primùm cit. L. omnia omninò 1. §. ſolent 7.* Suſpectus enim præſumitur, qui ultrò & ſponteneè tutelam affectat. *L. uxori 18. §. 1. ff. de L. Cornel. de falſ.* Denique pro *tertio* caſu addi poteſt, quòd, quicunque ex plebeis in adminiſtratione tutelæ facta atrocia commiſerit, præter infamiam à Præfecto urbis graviter puniendus ſit. *L. hæc clauſula 1. §. fin. ff. hoc tit.* Cùm enim homines plebeji ab infamia non ita abhorreant,

ſicut

ge, und sich nicht stelle, damit dem Pupillen nach Gestaltsame seines Stands und Vermögens die Lebens-Mittel ausgemacht, und verschaft werden können, alsdann der Pupill in dem Besitz deren Gütern des Vormunders einzusetzen seye, und da er also eingesetzt worden, ihme ein Versorger gestellet werden solle, welcher jenes, was von denen Sachen des Vormunders, in die der Pupill die Einsetzung erlangt hat, durch Zeit und Verweilung schlechter werden mag, veräussere, und dem Pupillen um die gebührliche Unterhaltungs-Mittel Fürsehung thue, aus Ursach, weil dem Vormunder in Folge seines Amts obligt, das Pflegkind mit gehörigen Lebens-Mittlen zu versorgen. Sofern aber nach angeordneter solcher Güter Einsetzung der Vormunder annoch in seiner Widersessigkeit verharren, und dem Pupillen die nothwendige Unterhaltung nicht verschaffen will, ist selber der Vormundschaft als verdächtig zu entsetzen. Insgemein verdienet aber noch bemercket zu werden, daß, so oft immer ein Vormunder als verdächtig abgesetzt wird, eine solche Entsetzung jederzeit nach genugsamer der Sachen Untersuchung von der rechtmäßigen Obrigkeit geschehen müsse.

§. Sed si quis parens X.

JUstinianus setzet hier noch zwey Fäll, in welchen verdächtige Vormunder besamt Verliehrung der Ehr noch mit einer anderen Straff zu belegen seyen. Der erste begibt sich, wann der Vormunder selbst gegenwärtig unwahrhaft vorgibet, daß dem Pupillen wegen Unvermögenheit keine Lebens-Mittel bestimmet, und ausgezeigt werden können. Der zweyte, wann der Vormunder die Vormundschafts-Verwaltung durch Geld an sich gebracht, und erhalten, dann der jenige für verdächtig geachtet wird, der selbst freywillig nach einer Vormundschaft strebet. Endlich kan als der dritte Fall noch beygeruckt werden, daß, wer immer aus gemeinem Volck in Pflegung einer Vormundschaft schwere Verbrechen begangen, von der Obrigkeit nebst der Infamität auch schwerlich zu bestraffen seye, dann da geringe Leuth ab dem Verlurst der 19

ſicut alii nobilioris & honeſtioris ſtatûs, præter infamiam meritò aſſâ quoque pœnâ afficiendi ſunt, ut alii à paribus auſis abſterreantur.

§. Libertus quoque XI.

20 ET talem pœnam, unà cum infamia à Præfecto urbis infligendam, incurrit quoque libertus, qui fraudulenter tutelam filiorum vel nepotum Patroni ſui geſſiſſe probatur. *Text. hic, & L. ſi liberti 10. Cod. de adminiſtrat. Tutor. L. Libertus 2. ff. de ſuſpect. tutor.*

§. Noviſſimè XII. & §. ſuſpectum autem fin.

21 PRiore *ex his ff.* decernitur, tutores, malè ac fraudulenter tutelam adminiſtrantes, removendos eſſe, etiamſi ſatìs offerant, & caveant. Ratìonem dat Juſtinianus in *Textu: quia ſatisdatio tutoris propoſitum malevolum non mutat, ſed diutiùs graſſandi in re familiari* (pupilli) *facultatem præſtat.* Aliam aſſignat JCtus Ulpianus in *L. ſuſpectus 5. ff. hoc tit.* quia *expedit pupillo rem ſuam ſalvam fore, quàm tabullas rem ſalvam fore, cautionis habere.* Tutor tamen, ob crimen ſuſpecti à tutela amotus, poſteà de futuri temporis periculo non tenetur. *L. decreto 10. ff. hoc tit.*

Poſteriore, *ff.* nempè *fin.* generaliter concludit Imperator, illum eſſe, & putari ſuſpectum tutorem, *qui moribus talis eſt. Text. hìc, & L. ſuſpectum 8. ff. hoc tit.* Quia verò ex hoc ſolo indicio dignoſci nequit, ex quibus in ſpecie moribus talis eſſe deſignetur, ideò præter
22 cauſas in *§. 9. 10. & 11.* allatas, claritatis & notitiæ ergò aliquas annecto. Sic *primò* ſuſpectus ille dicitur, qui cum pupillo, parentibus, aut aſcendentibus ejusdem inimicitias gerit. *L. tutor quoque 3. §. ſi tutor 12. ff. de ſuſpect. tutor.* *Secundò*, qui inconſideranter

vel

Ehre nicht allzeit so grossen Abscheu, wie jene tragen, welche einer edlern oder ehrbarern Geburt und Erziehung seynd, so ist ihnen billich, um andere von gleichen Unthaten abzuschröcken, nebst der Infamierung noch eine andere empfindliche Straff aufzulegen.

§. Libertus quoque XI.

Jene dergleichen absonderliche Bestraffung benebst der Ehren Entsetzung gebühret einem Freygelassenen, welcher die Vor-
20 mundschaft deren Kindern oder Enckeln seines Patrons betrüglich verwaltet zu haben erprobet wird.

§. Novissimè XII. & §. suspectum autem fin.

In dem erstern disen §. wird geordnet, daß die Vormunder, welche ihr Amt übel, und betrüglich verwalten, zu entsetzen
21. seyen, ob sie schon Borgschaft zu leisten, sich anerbietten, aus oben schon angezogener Ursach, weil nemlich die Borgschaft das böse Vornehmen des Vormunders nicht verkehret, sondern noch länger übel zu hausen Gelegenheit bahnet, auch dem Pupillen mehr nutzet, wann er schadloß gehalten wird, als wann er bloß die schriftliche Versicherung, schadloß gehalten zu werden, hat. Jedoch ist ein von der Vormundschaft entsetzter Vormunder hinnach um die Gefahr und Verantwortung der künftigen Zeit nicht mehr zu hafften schuldig.

In dem letzten §. endlich erwehnet Justinianus überhaupts, daß der jene ein verdächtiger Vormunder seye, der in seinen Sitten ein solcher ist; Weil aber aus diser alleinigen Beschreibung nicht zu erkennen stehet, was eigentlich für Sitten einen verdächtig machen, als setze ich, benebst denen in §§. 9. 10. und 11. an-
22 gezogenen Ursachen, besserer Begreiffung und Klarheit willen, noch etwelche andere bey. Also wird erstlich der jene verdächtig gehalten, welcher mit dem Pupillen, dessen Eltern, und Voreltern Feindschaften hat. Anderens, der durch Betrug oder ohnbedacht-

